
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 R
3

Roma 1648

Donato à me Costantino Maldoni dal Sig.re Carlo Borelli.

SPECVLVM EPISCOPORVM


VNIVERSIS ECCLESIARVM PRÆLATIS perquam vtile, & necessarium.

AVTHORE

ROBERTO MAZZVCI

I.C. CALIPOLITANO.

Accesserunt eiusdem Iurium Allegationes In materia Excommunicationis.



ROMAE, Typis Hæredum Francisci Corbelletti. 1647.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

Alex. Victricius Episcopus Alatr. Vicesg.

LIbrum, cui titulus, SPECVLVM EPISCOPORVM, iussu Reuerendiss P.Fr.Vincentij Candidi Sacri Apostolici Palatij Magistri perlegi, ac reperi Sacris Canonibus, bonisq. moribus consonum, ac planè dignum, qui typorum lucem aspiciat. Ex nostris Ædibus S.Andreæ.Kal.April. M.DC.XLVII.


Stephanus Quaranta Cler.Reg.

Imprimatur. Fr. Raymundus Capisuccus Magister, & Reuerendiss. P. M. Fr. Vincentij Candidi Sacri Palatij Apostolici Magistri Socius, Ord.Præd.

ILLVSTRISSIMO D.

D. ANDREAE DE FRANCHIS

MARCHIONI TAVIANI EQVITI ALCANTARÆ.



Ommodum enim vero: Episcopale Speculum dedicandũ tibi potissimum fuit Illustriss. Marchio; quippe patruos omnino quatuor sortitus es sacris infulis præcellentes, qui alijs ad imitationem præluxerunt ita, vt in eis tanquam in Speculo Præsul quisque prudens boni Pastoris effigiem valeat intueri. An non præluxit Andreas primò Tranensis, deindè Acheruntinus Archiepiscopus, qui vtramque Metropolim sic varijs, sanctissimisq. institutis temperauit, sic decretis vsquequaque firmauit, vt praui emendati sint mores, rerum diuina-

rum cultus adauctus, Diœceses vniuersæ compositæ. A tanto fratre non degeneres Lucas, & Aloysius, hic Neritonensium, ille Vgentinorum Episcopus. Occurrit postremò Hieronymus morum candore, literarum eruditione, ac Sacerdotij amplitudine non postremus: is, quo tempore Puteolorum Episcopus expetitur ab Rege, à Paulo V. in Neritonensi Ecclesia, fratri succedere iussus est: ac tandem ab Vrbano VIII. Capuanus Archiepiscopus renũciatur. Quid ergò mirum, si te tantorum virorum immortali memoria dignorum, ac tot, tantisq. cumulatorum meritis operi meo patronum accerso, qui non minus sanguinis, quam eorum virtutis hæres, & mutuata à maioribus, & propria virtute præfulges?

Dominationis Tuæ Illustrissimæ

Deditissimus seruus

Robertus Mazzucius.

Excel-

Excellenti, ac erudito V.I.D.

D. ROBERTO MAZZVCI.

INclytus interpres iuris, legumq. ROBERTVS
MAZZVCI, has docto pectore pandit opes.
Felix, qui docuit miseris succurrere promptè
Sic populo, & superis semper amicus erit.
Sic populis clarus, sic cleri firma potestas,
Sic Præsul verus, sic erit alma quies.
Muneribus cumulare nouis non cessat amicos
Præsul, vel fides semper amore colit.
Muneribus cumulata fides fit maior, amori
Subditus ingenti pendit amore vices.
Hinc meritò celeber toto memorabitur æuo,
Nec malus huic timor causa timoris erit.
Spargere namque docet fortunas largus egenis,
Tam iustum in tempus, omne manebit opus.
Claraq. perpetuò victuris tollet honoris
Cornuà, conspicuum tollet ad astra caput.
Impius ista videns tumidas abibit in iras,
Et dabit insanos dente fremente sonos.
Qui distributionis vult callere Mineruam.
Hunc totum crebro perlegat ipse librum.

Tui studiosissimus amoris ergò
Io. Petrus Massarius Oratinensis
S. Theol. Professor, & V.I.D.

D. ROBERTVS MAZZVCIVS V. I. D. atque Patricius benemeritus Calyopolaensis.

ANAGRAMMA.

SPeculum es Mitræ Vrbis.
Sic canonum nactus odores.
Doctrinæ ouium Ritus.
Tu ceu à lilio vberi
Apis trahis.

DOMINVS ROBERTVS MASVCCIVS.

Anagramma.

TV MASVCIVS, BIS ES MVNDO COR.

Achilles Tudescus V. I. D. Potentinus
Academicus Ociosus. D. D. D.

IANVARIVS GROSSVS I. C. Neapolitanus ad Auctorem.

EPIGRAMMA.

DAs Robur Roberte (adaugens lumina) iuri,
De SPECVLO sacra millia fundis opum.
Astrea aspicit hic, quam sit pulcherrima gaudens,
Quid mirum? ad Speculum fœmina semper abit.

D. LAV-

D. LAVRENTII DE FRANCHIS ad Auctorem, de Speculo.

EPIGRAMMA.

EXtitit inuentum medicinæ Auctoris, & istud
Exponis manibus Iureperite tuis?
Quid tibi legipotens, quid pharmaca? lege Roberte,
Non casia, aut duplici comprimis helleboro.
Iuris quòd ponis medicamen, habebere vterque,
Et Diuus medicans, æquus & Aesclapius.

D. IACOBI DE FRANCHIS

MAGN: ROBERTO MASSVCI IVREPERITO.

Anagramma purum.

VIRTVTIS ROBORE MAGNOPERE MICAS.

QVi, Speculi factor quò d luceat orbe, negabit,
Orbus luminibus, menteq. captus erit.
Namq. alijs lumen præbens, nequit ipse carere;
Qui splendere facit, splendeat ipse sat est.
Hoc aut inspiciat Speculum; nam sufficit istud;
Si forma illucet, lucet Idea magis;
Vel nomē vertat; subitoq. relucet in illo: (ce MICAS
ROBORE VIRTVTIS MAGNOPERE ec-

Diuini Nominis Præsidium Author inuocat.





EMOR cum semper fuerim monitionis Pauli Apostoli, qui ad Coloss. 3. scribens, his verbis hortatur; Omnia, quæ facitis, aut verbo, aut opere, facite in Nomine Domini IESV CHRISTI, de cuius vultu recta iudicia prodeunt, & oculi iudicantium veritatem inspiciunt, iuxta Glos. in l. rem non nouam in verbo Præsidium C. de Iudicijs, siue enim bibimus, siue manducamus, seu aliquid faciamus, omne in nomine Domini Nostri Iesu Christi (in quo certè viuimus, monemur, & sumus) nos facere debere ex ore Apostoli, testatur Summus Pontifex in c. Non obseruetis 26. q. 7. nam vbi Christus fundamentum non est nullius boni operis est superædificium c. cum Paulus 1. q. 1.

Qua de re non immeritò Imperator Iustinianus passim libros suos auspicatur ab inuocatione Diuini Nominis, vt patet in prohemio

In-

Institut. & in l.2. C.de offic.præfect. Præt. nec non in auth.de Quæstion. & in auth.de Armis. Tanto magis, quod Diuinus Plato in 1. lib. sui Thimæi scriptum reliquit, Inuocationem Diuini Nominis in omni opere tria operari, scilicet bonum principium, melius medium, & optimum finem.

Quare ego Robertus Mazzuci ingenio, ac doctrina me alijs inferiorem agnoscens, cum huius operis prouinciam tentare ausus sim, ad Deum Optimum Maximum ante omnia recurrendum existimaui, & genu flexo sit semper eius nomen inuocatum; vt ipse ingressum instruat, progressum dirigat, & egressum compleat, vt fines omnes optimi adesse valeant, iuxta Glos. in auth.de Hæredit. & Falcid. in princip. Vias enim suas demostret mihi, & semitas suas edoceat me pater luminum, à quo omne datum perfectum est. Iacob. 1. sine quo nihil quantumcunque minimum humana inchoare, meditari, vt finire fragilitas potest. nam scriptum est Ioan. cap. 15. sine me nihil potestis facere, tantum enim possumus, quantum Deus permittit Luc. 17. cap. Quæris de consecrat. dist.4. Deus enim est, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona volun-


tate

tate ad Philippenses 2. nam sufficientia nostra à Deo est 2. ad Corinth. 3.

Qua propter Opusculum hoc, quod Speculum Episcoporum intitulaui (imitando Claudium Gaium unum ex primis decem socijs B. Ignatij, qui scripsit Speculum Præsulum, ex verbis Scripturæ, Canonum, & Doctorum, quod typis mãdatum fuit Ingostaldij anno Domini 1615. vt Bellarm. in adm. ad suum nepotem affirmat) in quo si quid laude dignum afferam, non mihi, sed Nomini Domini tribuatur gloria. Sin autem, quod absit, mali aliquid, caritatiuo id oculo, inter semet ipsos arguatur imbecillitatiq. ingenij tribuatur. argum. legis 2. §. se quid C. de Vet. Iur. enucl. & tandem omnia, & singula in hoc opusculo contenta Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ iudicio, & censuræ subijcio, meq. ipsum totum do, trado, & adscribo, ad laudem, & gloriam Sanctissimæ suæ Genitricis Virginis Mariæ, nec non ad honorem Diuæ Agathæ Virginis, & Martyris, sub cuius titulo Ecclesia, pro qua scribam, fundata, erectaq. reperitur.

ROBERTI MAZZVCI SPECVLI EPISCOPORVM

PARS PRIMA.



1 CVR de ijs, quæ clara ſunt, copioſius dicere plerumque neceſſe ſit, D. Auguſtinus de ea re in lib. 2. de Ciuit. Dei rationem reddens, ſic ait. Si ratione perſpicuæ neceſſitatis infirmus humanæ conſuetudini ſenſus non auderet obſiſtere, ſed doctrinæ languorem ſuum tanquam medicinę ſubderet, donec diuino adiutorio, fide pietatis impetrante, ſanaretur, non multo ſermone opus eſſet ad conuincendũ quemlibet vanæ opinionis errorem ijs, qui rectè ſentiunt, & ſenſa verbis ſufficientibus explicant. Nunc verò,

rò, quoniam ille est maior,& tetrior insipiẽtium morbus animarum,quo irrationabiles motus suos,etiam post rationem planè redditam, quanta homini ab homine debetur; siue nimia cęcitate,qua nec aperta cernuntur, & ea, quæ cernuntur, non feruntur, tanquam ipsam rationem, veritatemq. defendunt,fit necessitas copiosius plerumque dicendi res claras, veluti eas non spectantibus intuendas, sed quodam modo tangendas palpantibus, & conniuentibus afferamus. Hæc ille.Materia itaque quædam nobis tractãda est, in qua quidam Theologus dissidet; quæ talis est. An Episcopus saltem quartam partem de redditibus sui Episcopatus fabricæ suæ Ecclesiæ Cathedralis conferre teneatur. super qua materia copiosius scribere mihi necesse est;sperans certò fore, vt quæ præfatus Theologus ad impugnandam veritatem non sine rei ecclesiasticæ damno sentire videtur, eam longè splendiorem,& munitiorem reddãt; legitur enim
2 in c.Graue 35.q.1. quod veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce.
3 Verũ,vt nihil antiquitatis pœnitus ignoretur imitando ad hoc Imperatorem Iustit.
de

de testam.in princip.præsciendum est,quod in distribuendis bonis ecclesiasticis pro varietate temporum varia fuit consuetudo in Ecclesia, vt affirmat Mag. Dom. Bagnes ad D.Th.2.2.q.32.ar.6. vers.Secundum fundamentũ,vbi subdit,quod principio non solum clerici, sed etiam omnes fideles viuebant in communi, & dispensatores erant Apostoli, & Diaconi.Deinde verò,multitudine Populi Christiani,& Clericorum crescente,nõ potuit illa communis vita,neque in Populo fideli,neque in ipso clero seruari: qua propter Pontifices videntes non posse in toto clero seruari,ecclesiastica bona in quatuor partes diuiserunt, certam partem Episcopis designantes, aliam ipsi clero, aliam fabricæ, & Ecclesiæ necessitatibus, aliam pauperibus.
4 Id quod fieri cœpit anno Domini 470. circa tempora SS. Augustini, Hieronymi, & Ambrosij;sedebat tunc Simplicius Pontifex, cuius est Canon ille de redditibus 12. q. 2. vbi hæc habetur diuisio, quam post viginti annos confirmauit Gelasius, vt habetur in c.Vobis,& in c.Quatuor ead.caus.& quæst.
5 Verum per canones antiquos Episcopi habebant partem, aut tertiam oblationum,
quæ

quæ fiebant in Ecclesijs c. de ijs, & seq. 10. q. 1. eo quod erant pauperes, & boni: verum tempore succedente cœperunt augeri bona Episcopatuum, & ipsi fieri diuites, non tamen ob hoc meliores. Ideo statutum in 2. Bracharen. concilio fuit, vt nullus Episcoporum per suam Diœcesim, præter honorem cathedræ suæ, idest duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi parochialibus ecclesijs factā sibi vsurpet, sed Ecclesię reparationi seruet, & singulis annis ratio Episcopo fiat: nam si tertiam partem illam Episcopus tollit, lumen, & sartatectam abstulit ecclesię. Verba sunt tex. in c. Placuit 10. q. 3. & idem habes in c. Priscis, ibidem. Vbi Glos. dicit, illā tertiam dari solitam Episcopis, vt onus fabricæ subirent. Verum cum hodie multis bonis, & diuitijs abundent, nihil à parochialibus ecclesijs accipere decet, nisi synodaticum, & conscripta in c. Conquerente de offic. ordin.

6 Neque verò, antequam ad alia incumbentia transeamus, silentio prætereundum est, quod valde expediens fuit, vt redditus ecclesiæ in prænarratas quatuor partes diuidan-

uidantur non ad augendam Episcoporum potestatem, sed ad tollendas rixas, dissidias, & lites, quæ inter Episcopos, Clericos fabricatores, & eleemosynarios contingebant; eo quod Episcopi communium bonorum ecclesiasticorum administratores plus iusto sibi attribuebant, vt innuit S. Clemens lib. 2. c. 28. & 29. idcirco facta est illorum bonorum partitio, & cuilibet data sua competēs portio, per quam non fuit mutata, nec potuit mutari natura illorum bonorum, quin sint Christi, nec tollit onus intrinsecè annexum, vt non expēdantur in alios vsus, quam in propriæ substentationis, & pauperum.

7 Vnde sicut, quando aliquod prædium commune multis habet obligationem soluendi aliquam pēsionem de fructibus eius, si in illos multos sit diuisum, quilibet est Dominus suæ portionis, cum onere tamen annexo soluendi partem talis pensionis. Nec diuisio potuit hoc onus, quod erat impositum prædio, euertere, aut mutare. Ita, quando bona Ecclesiastica erant communia, habebant annexum hoc onus, vt ministris honestè substentatis, quod reliquum esset, in opera pia consumaretur, (vt omnes Docto-

res

res fatentur) quare post diuisionem idem onus adhuc iniunctum habent. Et ideo falsum est, quod portiones fabricæ, & pauperum sint omnino liberæ. Sunt omnino videndi doctiss. Nauar. de Redditib. Eccl. q. 1. Monit. 50. per totum, & Ludouic. de Beia in Responsf. casf. conscien. par. 2. fol. mihi 237.

8 Cæterum ad rem ipsam principalem redeundo, mirari satis non possum, quod ea, quæ clara, & luce ipsa lucidiora, de iure sunt in dubium adhuc reuocentur: si quidem indubitatum est inter omnes Doctores, Episcopum teneri ad sumptus fabricæ suæ Ecclesiæ, vsque ad quartam partẽ reddituum sui Episcopatus, & ad hoc asseuerandum moueor Sacris Canonibus, Sacrorum Conciliorum decretis generalibus, scilicet Niceni, & Tridentini, Doctorum authoritate, & ratione.

9 Sacrorum Canonum præsidium positum est in verbis c. de Redditibus 12. q. 2. ibi, sola Episcopo ex ijs vna pars remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis, & ærogationi pauperum sub periculo suæ ordinationis ministrentur: vltimam inter se Clerici pro singulorũ meritis diuidant, c. Cõcesso ead. q. vbi redditus, & obla-

& oblationes fidelium in quatuor partes diuidat; quarum vnam sibi ipſe retineat, alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuet, fabricis tertiam: quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter ærogandam; quarum rationem Diuino eſt redditurus examini cap. Vobis ead. q. vbi, vt vnam tollat Antiſtes ſub omni conſcientia faciat ærogari, fabricis verò quartam, quæ competit ad ordinationem Pontificis ærogationi veſtra decernimus eſſe penſandam, nec non c. Quatuor ead. q. ibiq. ſit vna Pontificis, altera clericorum, tertia pauperibus, quarta fabricis applicanda: quibus adde tex. in c. Vlterane ead. cauſ. & q.

10 Neque dici poteſt, prænarratas canonum diſpoſitiones ſolum procedere reſpectu Eccleſiæ reparationis, ex eo quia non licet excipere, quod canon non excipit, Gloſ. in c. Quod ſi dormierit 31. q. 1. & quod lex non
11 dicit, nec ab homine eſt præſumendũ l. diſſentientis, C. de repud. Surd. in conſ. 119.
12 nu. 21. Nam quando lex aliquid vult diſponere, benè exprimit iuxt. tex. in l. vnica, §. ſin autem, C. de ead. toll. l. ſi ſeruus, §. Prætor, verſ. Non dixit, ff. de acq. hæred. Cardoſ. in

Prax. Iud.& Aduoc. in verbo Lex nu.21. &
13 ideo, vbi lex non distinguit, nec se restringit, nec nos restringere, vel limitare debemus, l.3. in fin. ff.de offic.Præsid. Imò hæc
14 regula, quæ est multũ nota, procedit etiam, si lex sit pœnalis, l.4. ff.ad Leg. Iul. Maiest. Gig. de crim. læs. Maiest. q.58. licet maior, aut specialior aliqua ratio in vno, quam in alio casu appareret, Gozad.in cons.35.nu.6. latè Cochier.in suo tract.de Iurisd.in exemptos q.1.

15 Sacrum verò Concilium Nicenum refert nouissimè Glianes Archidiaconus Monopolitanus in sua Summa Censur. & irregul. in verbo Episcopus nu.24. vbi asserit, quod Siluester Papa in Concilio Niceno cap.5. statuit, quod facultas Ecclesiæ quadripartienda est, vt vna cedat Pontifici, altera Clero, tertia Tẽplo, scilicet Ecclesiæ fabricæ, quarta verò Pauperibus.

Decretum etenim generale Sacri Concilij Tridentini positum est in verbis, cap.7. §.Parochiales sess.21. de reformat. vbi collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus quibuscũque ad easdem Ecclesias pertinentibus.

16 Erit

16 Erit tamen memoriæ tradendum, Sacrosancta Cõcilia Ecclesiæ generalia, sicut Euãgelium ab omnibus obseruari debere. Bald. in c. 1. §. imperialis, num. 22. in fin. de pac. Constan. Glos. in Regul. Cancell. 6. par. principij in tex. in vers. Quinimo.

17 Nec etiam dici potest, prænarratã Sacri Concilij Tridẽtini dispositionem non posse in casu nostro applicari, sub prætextu, quod Ecclesia, de qua agitur, fuisset funditus destructa, ex eo, quia notissimũ est apud omnes; quod ad hoc, vt aliqua domus, & sic Ecclesia, dicatur funditus destructa, necessariò requiritur, vt non remanserint fundamenta tex. est expressus in l. quod in rerum §. final. ff. de legat. 1. Afflict. in decis. 392. nu. 12. fundamenta enim Ecclesiæ, de qua agitur, iam remanserunt, & per consequens nullo pacto dici poterit, quod illa fuisset funditus destructa.

18 Pro Doctorum authoritatibus ducor D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 7. in corpore, vbi Caiet. Feder. de Senis in cons. 224. circa fin. Bald. in cons. 132. lib. 1. Andr. de Isern. & Afflict. super Constitut. Regni in rubr. de Decimis, Lamber. de Iure Patron. q. 7. lib. 3. Abb. q. 3.

nu.17.Dec.in conſ.118. Aufrer.ad Cappell. Tholoſ.q.499.Aym.Crauet.conſ.116.n.12. Surd.conſ.62,nu.1. Bero.conſ.3.n.12. Card. Tuſc.pract.concluſ. in verbo Eccleſia debet fabricari concl.3.nu.1. Vgol.de offic. & poteſt.Epiſc. c.14.§.11.nu.9.par.2. Io. Guttieres Allegat.10.& alios per DD.prænarratos adductos, quibus in locis pro indubitato tenent,Eccleſiam habere intentionem fundatam, quod eius redditus diuidi debent in quatuor partes,quarũ vna relinquitur Prælato,altera Clericis deſeruientibus Eccleſiæ, reliquæ duæ conuerti debent in fabricam Eccleſiæ,& pauperum ſubſtẽtationem.Nullum enim cap.eſt in Decreto Decretalibus, Sexto, nec Clementinis, quod probet contrarium. Qua propter nullam Gloſſam, nullum claſſicum authorem inuenio contradictorem, & ſic amplius in dubium refricare hanc quæſtionem prorſus inane eſt. Quis ergo auderet oppoſitum conſulere maximè contra religionem? cum non modica ſit ratio, quæ pro religione facit l. ſunt perſonæ de relig.& ſump.fun.

19 Pro Sacræ Rotæ Romanæ deciſionibus. Primo ducor Card. Mantic. deciſ. 284. vbi

deci-

decisum fuisse refert 3. Iunij 1594. in Sacra Rota Romana vtraque parte informante, Episcopum teneri ad sumptus fabricæ Ecclesiæ, vsque ad quartam partem redditum Episcopatus.

Bene tamen verũ est, quod, vt refert Mantic. nu. 2. in hac materia, Domini censuerunt in primis recurrendum esse ad consuetudinem, quæ si onus fabricæ trasferat in Populum, seu alios, illa seruanda est: si verò redditus pro fabrica specialiter sint destinati, illi impendi debent; & in his casibus Episcopus non tenetur: quia Ecclesia in fabrica non patitur detrimentum.

Cæterum si nulla extat consuetudo, quæ in alios transferat onus ædificandi, neque Ecclesia habeat redditus distinctos pro fabrica; pro vt in casu, de quo agitur, refert id. Mantica num. 4. quod Domini censuerunt, Prælatum teneri ad quartam partem: & cõsuetudo contraria, tanquam sacris canonibus inimica, non est seruanda c. Cognouimus 12. q. 2. Abb. in c. 1. nu. 3. de Ecclesi. ædif. Propos. in c. quatuor nu. 4. & in d. c. cognouimus nu. 1. 12. q. 2.

Secundo ducor à Prosp. Farinac. in decis.

 posth.



posth.501.par.1. vbi in ead. Rota 1613.decisum refert, Episcopum teneri ad sumptus fabricæ contribuere, qui fieri contingerit pro necessitate suæ Ecclesiæ cõstruendæ arbitrio peritorum, vsq; ad quartã reddituum partem. Et ex hac causa tenetur Episcopus ad debitum contractum ex suo antecessore.

Tertio ducor eod. Farinac. in decis. posth. 545. par. 1. qui, in ead. Rota in eodem anno decisum fuisse, similiter refert, Ecclesiã ædificare, seu reficere reneri non Parochianos,
20 sed Episcopos, quibus decimæ soluuntur. Ratio est, quia fabricæ, & Ecclesiæ onus sequitur decimas vbicunque sint tanquam onus reale, ita fuit decisum in eadem Rota 1612. teste Farinac. in d. decis. 545. nu. 3.

21 Scire hic tamen conuenit, quod magni ponderis sunt decisiones Rotæ Romanæ, & maximè in foro Ecclesiastico, vbi, si secundum eas pluries iudicatum reperitur, faciũt Ius Pauin. in Prælud. Extrauag. vers. Decisiones Rotæ: est videndus Marta de Tribuno
22 Vrbis c. 5. Res enim iudicata, perpetuò legis vim obtinet, & sunt apertissima iura, quæ in indiuiduo hoc probant, quæ ad hoc ducit Rouit. cons. 78. nu. 3.

23 Accedunt, quæ de laudibus huius Sacri Auditorij, & integerrimi Tribunalis, post alios tradunt Sarnen. vbi Mandos. de Commiss. 14. commiss. attentatorum, verbo Auditorio, & Grau. ad Vestr. in Prax. lib. 2. c. 17. sic scriptum reliquit: Ab ijs Auditoribus ob summam eorum iuris peritiam, insigne iudicium, publicam authoritatem, incredibilemq. grauitatem, quod in controuersijs deciditur, tanquam ex oraculo dictum, in omne æuum creditur, vt in rebus iudicatis eorum sententiæ, quas Decisiones Rotæ vocamus, demonstrant: quarum quanta sit authoritas, nemo nescius est, vnde non iniuria dici potest, quod tanta est Auditorum Rotæ opinio, quanta Pithagoræ apud Pithagoricos fuit, vt nullus non satis esse putet dicere, sic Rota definiuit. Hæc Grauat.

24 Vnum tamen nunquã tibi excidat à memoria, quod si Ecclesia non indiget fabrica, quarta pars reddituum eidem designata, seruari debet pro futura fabrica, vel debet emi aliqua res stabilis nomine ipsius Ecclesiæ, tex. est expressus in c. Vobis in fine 12. q. 2. Andr. de Isern. & Afflict. vbi supra in dicta Rubr. de Decimis.

25 Hinc voluit Farinac. doctissimus I.C. Romanus, quod Ecclesia Cathedralis est fabricanda de quarta reddituum Episcopatus, non solum futurorum, sed etiam præteritorum, quos ad hũc effectum Episcopus conseruare tenetur. Barbat. consſ.26.nu.4.lib.3. Bero.consſ.3.nu.6.& seq.lib.1. Surd.consſ.62. nu.23.lib.5. quos ducit, & sequitur Farinac. loco proximè citato.

26 Benè tamen verum est, quod Episcopus potest fructus fabricæ destinatos in emptionem librorum, & aliorum necessariorum ex causa rationabili, vel necessaria conuertere cum consensu capituli, dummodo primum vsum non in totum tollat, & vsus, in quo fit applicatio non sit omninò extraneus à primo Calder. consſ.265. alias 3. de reb. Eccles.

27 non alien. & hoc adeò verum est, quod destinatũ pro fabrica Ecclesiæ non potest conuerti pro paramentis Ecclesiæ, quia differunt inter se. Abb. in c. final. de testam.

28 Verum quoties Ecclesia indiget fabrica, nullo pacto potest Episcopus portionem fabricæ destinatam ad alios vsus conuertere, ex eo, quia legitur in Clemen. Quia contingit de Relig. domib. quod cum possumus ad

vsum

vſum deſtinatũ vti, non poſſumus ad alium vſum conuertere.

29 Illud tamen commemoratione dignum omittendum non eſt, ſed ſingulariter mente tenendum, quod ſi quarta reddituum Epiſcopatus per Sacros Canones Eccleſiæ fabricæ deſtinata non ſufficeret, ex alijs etiam redditibus Eccleſiaſticis Eccleſia debet fabricari, c. Quatuor 12. q. 2. nu. 3. Lamber. de Iur. Patron. q. 6. verſ. Secundus caſus. Surd. conſ. 62. nu. 10. Mantic. in d. deciſ. 284. nu. 8. Valdè vrget, Sacr. Concil. Trident. in d. §. Parochiales, vbi legitur, Eccleſiam ex fructibus quibuſcunque ad eaſdem Eccleſias pertinentibus eſſe reficiendam. imò, quod magis eſt Epiſcopus Mon. Mar. in Manuali Paſtor, ſenſit, omnes fructus Eccleſiaſticos collocandos eſſe ad refectionem Eccleſiæ.

30 Qua de re ſcire hic non incõgruum erit, Eccleſiæ fabricam ſuper reddituum Epiſcopatus diſtributione pauperibus præferri. Sũma Armil. in verb. Clericus nu. 24. hoc probat, & Vgolin. loco citato §. 8. nu. 4. aſſerit, vſus bonorum Eccleſiæ: primo eſſe adminiſtratoris: ſecundo impendi debent ad Eccle-

ſiæ

ſiæ ædificia, & ad Eccleſiæ onera ſubſtentanda: tertio, quod ſupereſt, ad ſubſtentandos pauperes impendi debet.
31 Corroboratur hæc ſententia, ex eo, quia Eccleſia, conſiderato ſtatu ſuo, plus debet dici indigens, quam pauper mendicus conſuetus per publicum quæſtum ſibi victum quærere, ita ſingulariter, & in ſpecie tenet Feder. de Senis conſ. 282. nu. 1. in fin.
32 Atqui maiori, ſeu grauiori neceſſitati prius eſt ſuccurrendum, quam minus graui, in quocunque ſubiecto ea ſit, & in hoc omnes conueniunt, inquit Card. Tolet. in Summa tractat. de ſeptem peccatis mortalibus c. 29. nu. 1. igitur Eccleſiæ fabrica, pauperibus omninò præferri debet ſuper diſtribu-
33 tione prædicta. tanquam creditrix anterior; tanto magis, quod omnis Eccleſia eſt corpus Chriſti, c. Sed, & illud 26. q. 1.
34 Et quamuis D. Auguſt. fabricis vacare horrebat, intelligendus eſt, exiſtente valdè extrema pauperum neceſſitate, quia, qui
35 alimonia denegat, necare videtur, vt inquit I.C. in l. Necare, ff. de lib. agnoſc. qua de re in c. Paſce 86. diſt. hæc habentur verba. Paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo ho-

hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti, occidiſti, nã, vt dicit tex. in c. Immolãs 14. q. 5.

36 Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt, & ideo ſi
37 Epiſcopus Eccleſię pecunias aufert, fraudat, & rapit, & homicida in conſpectu Iudicis deputabitur. ſunt verba expreſſa tex. in cap. Chriſti 12 q. 2.

38 Vltra quod D. Auguſt. non alia de cauſa fabricis vacare horrebat, quia nomen ſuum perpetuò in ædificijs ampliandis, & perornandis celebrare nolebat, ſuppoſita extrema pauperum neceſſitate. Quod non ſolum vanum, ſed & profectò perniciosum, & Chriſto ingratiſſimum eſt, vt inquit Magiſter Soto de Iuſt. & Sur. lib. 10. q. 4. art. in fine, vnde D. Hieron. relatus in cap. Gloria Epiſcopi 12.
39 q. 2. reprehendit Epiſcopos, qui ornãt templum gemmis, & lapidibus ad inſtar Sacerdotis Veteris Teſtamenti.

40 At, vt vlterius rem ipſam proſequamur, tantæ enim moli authoritatũ accedit pondus rationis, quæ eſt fundata ſuper c. 2. de Translat. Epiſcopi, c. Quoniam frequenter,
41 §. porrò extra vt lite non conteſt. vbi habetur, quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam cõ-

tra,

trahitur matrimonium ſpirituale, ita affirmat Rouit. conſ.32.nu.5. id circo Eccleſia,
42 vxor Prælati dicitur Imol. in c.1. nu.11. de pecul.cleric.

Hinc voluit Reu. Pater Narni in ſuis Ser-
43 mon.2.par.fol.mihi 237.quod ſicut dos aſſignatur Sponſis ad ferenda onera matrimonij, ita redditus Eccleſiæ aſſignātur Epi-
44 ſcopis ad ferenda onera matrimonij ſpiritualis, & ſicut bona mariti ſunt tacitè obligata pro dotis reſtitutione, l.aſſiduis, C.qui
45 pot. in pignor. habeant.ita bona Eſpiſcopi ſunt tacitè hypotecata pro mala ipſius adminiſtratione,vt eſt Gloſ.in cap.ex literis in verbo Obligat. de pignor. quam multum commendat ibi Abbas.

46 Atqui validum eſt argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale,& frequenter apud DD. in vſu eſt, teſte Euerardo in ſua Topica Legali loco A matrimonio carnali ad ſpirituale,vbi multa iura ad hoc proban-
47 dum adducit, igitur ſicut maritus vxorem alere tenetur; imò etiam ſi nullam dotem habuit, l.quod ſi nulla, ff.de relig.& ſumpt. fun. Abb.conſ.39.lib.2.nu.4. Alex.conſ.48. nu.2.lib.3.Guid.Papa deciſ.439. ita Epiſco-

pus

48 pus à fortiori tenetur suam vxorem dotatam, scilicet Ecclesiam alere, & sic eam fa-
49 bricare: nam appellatione alimentorum venit domus, scilicet habitatio, l. legatis, ff. de Alim. & cibar. legat. & ea sine quibus quis viuere nō potest, Bolognin. in addit. ad consil. Io. de Anna. 37. nu. 7.
50 Non tamen decet, vt silentio prætermittatur, quod manifestū est apud omnes Doctores, ciues non teneri contribuere fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, nisi tantum in defectū, & in subsidium Episcopi, scilicet quatenus redditus Episcopatus minimè sufficerent, nec non in defectum Clericorum, Abb. in c. 1. nu. 4. de elect. Bald. cons. 132. vers. Et si fructus lib. 1. Surd. cons. 62. nu. 20. Bero. consil. 3. Farinac. in d. decis. posth. 501. nu. 3. vbi asserit, ita fuisse resolutum in Rot. Romana.
51 Imò contrarium asserere non minus erroneum, quam temerarium est, ex eo, quia sic sancitum expresse reperitur in Sacr. Concil. Trident. in d. §. Parochiales, ibi. Aut in illorum defectum Parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædictam cogant.
52 Illud etiam circa præmissa omittendum non est, quod si Ciues in publico parlamen-

to

to se congregauerint pro donatione facienda de introitibus Vniuersalibus in beneficium fabricæ Ecclesiæ, siue cuiuslibet loci pij absque Illustrissimi,& Excellẽtissimi Proregis huius Regni facultate in scriptis obtenta, incidũt ciues in pœnam ducatorũ mille, & in aliam etiam corporalem in arbitrium Suæ Excellentiæ,ita expresse mandat Pragmatica 8.cum 12.sub tit.de administr.Vniuersit.

53 Præterea hic etiam duximus memorandum, quod non esset ponere os in cœlum asserere, Episcopos sacrilegium committere, si Ecclesiæ redditus perciperent, & suarum Ecclesiarum Cathedraliũ fabricas ne-
54 cessarias conficere nollent, cum explorati iuris sit, quod sacrilegium committit, qui bona Ecclesiæ dissipat,cap.penult.vbi Imol. notab.vlt. de Pecul.Cleric. Panorm.in c.fin. col.2. de pignorib. Probus in c.Nemo deinceps in addit. ad Monachum de elect. in 6. & cum non possit esse maior Prælatorum, quam redditus percipere, & Ecclesiam ruina labentem, & ferè in terram prostratam deridere,vt docet Gulielm.Benedict.in cap. Raynutius in verb. Si absque liberis nu. 35.

fol.

fol.mihi 74.de testam.igitur huiusmodi Episcopi sacrilegium committunt,suppositis ta-
56 men redditibus Ecclesiarum sufficientibus, ex eo quia,si Episcopi paucos,scilicet tenues redditus perciperent, non tenentur ad fabricas Ecclesię necessarias.Tex.est expressus in cap.Episcopi 10.q.2.Sarmien.de Reddit. Eccl.1.par.monit.82.nu.3. Cened.coll.153. nu.1.in medio.

57 Rursus,& illud singulariter mente tenendum est, quod si Episcopus de ijs, quæ sunt eroganda fabricæ Ecclesiæ, Clericis, & Pauperibus aliquid sibi retinuerit, non est dubium, quin contra fidem dispensationis agit,& nedum peccat mortaliter,sed etiam tenetur ad restitutionem, ita docet D.Tho. 2.2.q.185.ar.7.quam sententiam vti verissimam amplectitur Bartol. Vgolin.in d.tract. de offic.& potest.Episcopi, §.11.nu.1.par.1. & hac solidissima ratione eam probat, asserens, quod bonorum Ecclesiasticorum fructus, habito respectu ad vsum, sunt partim ministrorum Ecclesiæ, partim fabricæ eiusdem, partim Pauperum, vt supra asseruimus; sicut igitur si alius sumeret partem pertinentem ad Clericos, & ministros Ec-

clesiæ

clesiæ mortiferè peccaret, & ad restitutionem teneretur, cap.fin.cum seq.14.q.6. ea-
58 dem ratione Episcopi, siue Beneficiarij consumentes bona pertinentia ad Ecclesiam, & pauperes, mortiferè peccant, & ad restitutionem tenentur, id quod dubitationem non habet per regul. in c. peccatum de Regul.Iur.in 6.
59 Episcopi igitur, si id, quod eis superest de necessarijs ad vitam, & decẽtiam status, non distribuerent, prout Sacri Canones mandant, sed in alios conuerterent vsus, aut prodigaliter insument, vel auarè seruabunt, indubitanter peccarent mortaliter, & tenerentur ad restitutionem. Quæ opinio magis communis, & verior, Sacrisq. Canonibus, (imò dicimus) literis, & Ecclesiasticis traditionibus omninò conformis, & ideo tenenda est tam theoricè, quàm practicè. latissimè Ludouic. de Beia in suo doctissimo tractatu cas. conscientiæ casu 24. par. 2. & præter nouem celeberrimas irrefragabiles rationes, quas ille adducit pro huius opinionis confirmatione, infrascriptos Doctores ibi allegat, scilicet D. Tho. 2.2.q.43.art.8. & q.87. art.1. ad primum, & art. 3, ad primum, &

art.4.

art.4.ad quartum,& q.185.art.7.ad finem, & 119.ar.3.ad primum, & quodlib.6.ar.10. Alexand.de Alex. 3.par.q.q.36. membro 5. Ricc.in 4.ſentent. diſt.15.art.3. q.1. ad primum. Palud. in eod.4. diſt.24.q.3.artic.3. Gabr.ibi diſt.15.q.8. Maior diſt.24. vbi dicit nullum Doctorem ante ipſius ætatem contrariũ tenuiſſe. Henric.de Gand.quodlib.8. q.25.Prudon.lib.2.de Libert.Chriſtiana c.4. Ioan.Gerſ.in Alphabeto 40.litera E. Ludolf. de Vita Chriſti par.1. cap.68. Dion.Cartuſ. in libr. contra Pluralit. benefic. art.7. Petr. à Soto in libr.de Inſtit.Sacerd.par.2.de Vita Sacerdotali lect.4.tit.de Bonis Eccleſiæ, vbi contrariam opinionem damnat, vt errorem grauiſſimum contra bonos mores, & iuſtitiam, imò contra Scripturam. Fr.Mich.Medin. lib. 7. de Recta in Deum fide, vbi contrariam vocat opinionem Sacrilegam, & talem, quæ euangelicum opitulandi pauperibus miniſterium excludit. S. Antonin. in 3.par. tit.15.cap.1. §.19. & in 1.par. cap.2. §.fin.Silueſt.in verbo Clericus 4.q.19. Sum. Piſana in verbo Clericus.

Ex Iuriſperitis verò, ita ſentit Archid. in c.Statutum, §. Aſſeſſorem de reſcript. lib.6.

Domin.in c.Præſenti de offic.ordin.eod.lib. Ioan.Andr.Ancar.& Francus,& Ioan.de Lignan. in Clemen. gratiæ de reſcript. Panormit. in c.Cum eſſem nu.21. de teſtam. Ant. in c.fin.de Pecul.cleric.nu.17. Felin.in cap. Poſtulaſti de reſcriptis nu.6.& in c.4.nu.33. de præſcript.Dec.in c.Epiſcopus de Præben. Ant.Burgen. in c.1. de Empt. latiſſimè Nauar. de Redditibus Eccleſiæ q.1. monit.20. & q.7. monit. Guiliel. de Monte Langd. in Clemen.Quia contingit de Relig.domib. & Aluerum Pelag. de Plantu Eccleſiæ c.28.

60 Corroboratur ſententia hæc, quia ſicut Magiſtratibus Ciuitatum, & tutoribus, ſeu curatoribus ius adminiſtrandi competit, ita & Epiſcopis Bart.Vgolin. loco cit. §.1.nu.3.

61 & ideo Epiſcopus verè quo ad diſtribuendum,& adminiſtrandum bona Eccleſiæ tutori æquiparatur c.Edoceri, vbi Abb.de Reſcript. Menoch.de Recup.poſſeſſ.remed.9. nu.106.Roan.in tract.de Spolijs q.9.nu.21.

62 Idcircò Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam proprijs vtatur,ſunt verba expreſſa, tex. in c.ſine exceptione 12.q.2.

63 At ciuitatum magiſtratus,ſeu tutores ſibi reti-

retinentes, vel consumantes pupillorum, seu Ciuitatum redditus creditoribus designatos, ne dum peccant, sed ad restitutionem tenentur creditoribus illis, quibus redditus pupillorum erant per suos tutores dispensandi, argum. lib. 1. ff. de offic. Proc. Cæsar. cap. fin. de præbend.

64 Duo enim præcepta transgreditur, qui quod debet, non soluit ei, cui debet, quia
65 idem peccatũ furti committitur iniustè detinendo, ac surripiendo, cap. Sæpè de restit. spoliat. D. Thom. 2.2. q. 62. art. vlt. ergo Epi-
66 scopi furtum committunt iniustè retinendo redditus Ecclesiarum fabricis, vel Pauperibus designatos, ipsosq. consumentes in alios vsus contra formam canonum: & sic dum furtum committunt, tenentur ad restitutionem.

67 Hinc innumeri Sancti Patres de hac materia tractantes docuerunt, furtum esse, & sacrilegium pauperibus, & sic Ecclesiæ fabricis, superfluum non erogare, nam appellatione pauperum venit Ecclesiæ fabrica, Nauar. de Reddit. Eccles. monit. 26. num. 2. q. 1. Medina de Restitut. & Rebel. par. 2. de obligat. q. 11. sect. 1. & Diana tract. 1. Miscell. re-

68 ſul.8.par.2. Qua de re Io. Andreas Lucerna Iuris Canonici à Papa honoratus docuit in cap. fin. de teſtam. quod ſi eſt legata certa quantitas pecuniæ pauperibus, executores poſſunt dictam pecuniam in fabricam Eccleſiæ conuertere, & Alex. Doctor Veritatis nuncupatus tenet in conſ.104. lib.4. quod vſuræ Iudæi baptizati, quæ pauperibus debent erogari, ſufficit ſi in beneficium Eccleſiæ erogentur.

69 Pro quorum comprobatione ducor Federic. de Senis conſ.282. vbi doctiſſimè de more ſuo fundat, Eccleſiam indigentem fabrica venire appellatione pauperum, quapropter concludit, quod Epiſcopus diſtribuenda pauperibus, fabricæ Eccleſiæ applicere, & conuertere poteſt, maximè quod ſcriptum eſt, quod locus Deo deputatus à miniſterio Diuino diù vacuus permanere non debet, cap. Præcepta de conſecr. diſt.1. nam cibaria animarum ibi reponuntur, & Deus pro earũ peccatis Sacerdotum precibus placatur, vt patet de Moyſe Exod. c.32. probatur 22. Paralip. c.16. & ideo Salomon Rex accepto Regno 1. cogitauit de ædificãdo tẽplo Dei, vt habetur lib.3. Regũ lib.5.

Inſu-

Inſuper audiant quæſo Epiſcopi Petrum Rebuffum in ſua Praxi Benef.tit.de diſpenſ. ætat.tit.8.fol.mihi 287.contra Prelatos non benè redditus adminiſtrantes. Non audeo dicere (inquit Rebuffus) quomodo noſtra memoria fructus Eccleſiarum expendãtur, quãdoquidem ex noſtris Prælatis videmus quoſdam, qui totum Regnum deuorant, & eſcas pauperum, vt in vno conuiuio ducentos aureos expendere non vereantur, & ſolidum pauperi denegent: alios verò ſuos conſanguineos ditant, & pauperes tam inhumaniter negligunt, vt miſerrima quandoque fame illos mori ſinant, qui omnes
70 hæc agentes, ſunt fures, homicidæ, ac ſacrilegi, & ad reſtitutionem tenentur, cum non ſint domini, ſed adminiſtratores, cap.2. de donat. Panorm. in cap.Cum ſecundum de præbend. cap.Gloria 12.q.2. cap.Si quis in atrio 17.q.4. & mortaliter peccant, cap. Donare, & ſeq.86.diſt. Floret.in 3.par.Sum. tit.15.cap.1.§.fin. & tit.20. cap.2. §.vtrum. Bertan. conſ.258.nu.4.lib.2. Et hodie multi ex noſtris ſunt ſurdi, & cœci. Deus per ſuam gratiam eos illuminare dignetur. Hæc Rebuff.

71 Rursus Episcopi non debent esse immemores de eo, quod scripsit D. Bernard. in epist.2. ad Fulcin. vbi hæc habentur verba. Quidquid præter necessariũ victum,& simplicem vestitum de altari retinens, tuum non est, rapina est, sacrilegium est, & quod vni dico, omnibus dico,& ideo voluit Glos. in cap. Res Ecclesiæ 12.q.2. quod quidquid Episcopus habet supra illud, quod ei sufficit, illud violenter detinet.

72 Si verò Episcopi delinquerent, scilicet dolosè aliquid faciendo, vel alias malè administrando tenentur soluere de suis bonis, non autem de bonis Ecclesiæ, vt in c. Quia abstulerit 12. Glos. in cap. de success. ab intest. notat in cap. Peruenit de fideiuss. & in cap. Odoardus de solut. Glos. in cap. 1. de dolo, & contum. & in cap. de multa de præb.

73 Ratio enim est, quia delictum in damnum Ecclesiæ redundare non debet, cap. Si Episcopus 16. q.3. cap. Venerabilis de præb. & in regulam delictum de Regul. Iur. in 6. de quo latè per Abb. in dict. cap. 1. col. 4. & per Felin. in cap. Cum venerabilis de except.

74 Item Episcopi præ oculis semper habere debent id, quod docet Archidiac. in c. Sta-

tu-

tutum, §.assessorem de rescript.in 6. vbi asserit, hæreticum esse in Iure, quod Ecclesiastici acquirant verum Dominium præbendæ, vel Ecclesiæ; cui opinioni accedūt Abb. in cap. Cum esses nu. 21. de testam. & Dom. in cap. Præsenti de offic. ordin.

75 Igitur nō immemores sint Episcopi, quod tantum sunt meri procuratores, & dispensatores reddituum Ecclesiæ, vt in cap. 2. de donat. expresse legitur; patet enim ex verbis D. Augustini relati in cap. vltimo 12. q. 1. Quorum procuratione̅ quodammodo gerimus, non proprietate nobis vsurpatione damnabili vendicemus. Hanc opinionem tenent Ancar. cons. 116. secundum in principio, & Castrens. cons. 46. in fine, vers. Plus videtur lib. 2.

Insuper in cap. Res Ecclesiæ 12. q. 1. hæc habentur. Res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed, vt communes, & Domino oblatæ cum summo timore non in alios, quam in prænarratos vsus, sunt fideliter per Episcopum dispensandæ.

Episcopos verò esse rerum Ecclesiæ dispensatores probatur etiam authoritate Pauli Apostoli ad Corint. cap. 9. Vbi dispen-

ſatio, inquit, mihi tradita eſt; & in cap. Epiſcopi 12.q.2. legitur, quod, quidquid de prouiſione ſuæ Eccleſiæ fuerit acquiſitum, ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, omnia in Iure Eccleſiæ Epiſcopus reſeruare debet: & ſimile habetur in cap. Epiſcopus 10.q.2. & in cap. Epiſcopus 12.q.3. quibus in locis, præter alia legitur, Epiſcopos eſſe rerum Eccleſiæ diſpenſatores, ita, & taliter, quod ex redditibus Eccleſiæ. Epiſcopi ſolum habeant alimenta, quæ intelliguntur habito reſpectu ad Eccleſias; non autem ad dignitates ſuas: præter Vgolin in d. cap. 14. §. 1. num. 3. ducor Lorca in 2. 2. q. 32. art. 9. diſt. 40. ſect. 2. membr. 2. num. 39. ſic ille.

In aſſignanda Eccleſiaſticis congrua ſubſtentatione non eſt attẽdenda nobilitas, aut litteræ, ita vt poſſit augere ſtatum, & ſumptus, qui nobilis, vel litteratus prę alijs ad dignitatem Eccleſiæ aſſumitur. Nam non video, quod intuitu litterarum ſibi amplius debitum ſit, præſertim, cum omnes Eccleſiaſtici litteris inſtituti eſſe debent, iuxta exigentiam dignitatum. Titulo autem nobilitatis nullo modo poteſt menſuram ſubſtentationis extendere. Nec, ſi filius Regis

Epi-

Episcopus fiat, potest de bonis Ecclesiæ ampliorem maiestatem, quam alius quicunque, in eodem Episcopatu gerere; quoniam Episcopatus status sanctitatis, & perfectionis est, in quo potius nobilitas, & faustus sæcularis dimittendi sunt, quam fouendi: & qui illum statum profitetur, potius debet Ecclesiasticæ modestiæ humanam nobilitatem submittere, quam Ecclesię humilitatem ad sæculi pompam reducere. Nec beneficia Ecclesiastica instituta sunt, vt foueatur sæcularis nobilitas, & pompa illi debita, sed, vt ministrorum Ecclesiæ honor pro dignitate officij conseruetur.

76 Rursus hic non impertinenter subnecti potest id, quod scripsit Doctiss. Campanorum Archiepiscopus lib. 1. ambiguitatum Iuris cap. 40. cuius infrascripta sunt verba.

77 Ecclesiasticos Prælatos vehementer errare, & mortali crimine esse obnoxios, si ea, quæ præter honestũ eorum victum de redditibus Ecclesiasticis supersunt, pijs operibus non erogent. Receptissima est opinio Couar. in cap. Cum in officijs nu. 3. de testam.

78 vsque adeo, vt contrarium affirmare, non procul ab hæresi distet. Prob. in cap. Nemo

nu. 33.

num.33. de elect.lib.6.in.add. ad Ioan.Monach.

Sed an de ſuo tantundem reſtituere teneantur,magna ſanè dubitatio eſt, & Martinus Nauar.I.C.clariſſimus, pariq. ſcientia, & pietate inſignis, duobus editis voluminibus confirmat,abutētes Prælatos,reliquoſq. clericos de ſua ſubſtantia ad reſtitutionem teneri; repugnantibus tamen Soto lib. 10. q.4.art.3. de Iuſt.& Iur. Didac. in cap.Cum in officijs nu.3.de teſtam.Zabar.in Clemen. Gratiæ nu.12.de reſcriptis,& Sarm.in Libello hac de re ædito. Ego verò præter tot canonum authoritates, quibus Nauarri opinio,quæ communis eſt,vehementer niti videtur; & præter auth.à Nauarro doctiſſimè collectos in Apologia q.2.monit.7. reperio idem ſentire Caſtrenſ. conſ.337.nu.3.vol.1. Prob. in cap. Nemo de elect. lib.6.nu.44. in add. ad Ioan. Monachum poſt Io. de Lign. in tractat. de plurit. benefic. q.11. Bertand. conſ.278. vol.2. ex prima edict. Rebuff. in Praxi beneficiar. de diſpenſ. ratione ætatis in verbo Nec non debetis nu.8.

Quin Iure ciuili hanc quæſtionem determinatam inuenio. Iuſtin. in auth. vt deter.

ſit num. Cleri propè finem, vtrumque affirmat, & peccare Prælatos, & clericos non erogãtes in pia opera ea, quæ præter honeſtum victum ſuperſunt, & de ſuo ad reſtitutionem teneri. ita enim inquit iuxta Holoandri verſionem. Quemadmodum autem ad ea pertinentes ſumptus certo fine deſcripſimus, ita conuenit, vt ſanctiſſimus pro tempore Patriarcha, & Reuerendiſſimi Clerici circumſpiciant, ne reliqui ſumptus, qui ex Eccleſiaſticis redditibus fiunt aliter, quam in pias, & Deo placitas cauſas inſumantur, & vt in illos conferantur, qui, & re vera egent, nec aliunde habent, quo viuant, (hæc enim Dominum Deum conciliare ſolent) non verò per patrocinia, & hominum ſtudia in locupletes diſtribuant ea, quæ ad Eccleſiaſticos ſumptus ſuppetunt, vt exinde egentes vitæ neceſſarijs defraudentur. Nouerint hinc Dei amãtiſſimi Oeconomi, tam, qui nunc, quam, qui olim pro temporibus futuri ſunt, quod ſi quid in his deliquerint, non tantum pœnis cœleſtibus erunt obnoxij, ſed etiam de ſubſtantia ſua Sacroſanctæ Eccleſiæ indemnitatem præſtabunt. Huiuſque conſtitutionis meminit Balſamo

in

in Nomocanone titulo 10. cap. 1.

Vnde nos ita colligimus. Olim Oeconomi Conciliorum veterum decretis in Ecclesijs constituebantur, qui præerant dispensationi Ecclesiasticarum rerum, qui si erogassent mandato Patriarcharum, & Episcoporum in prophanos vsus, non in pia opera, tantumdem de sua substantia tenebantur Ecclesiæ restituere. Ratioq. erat, quia Oeconomus iussiones Episcoporum, quas Balsamo loco supracitato appellat formas, cōtra rationē Canonum, sequi non debebat, erant enim nullius roboris, vt inquit Balsamo. Sed cum hodie Episcopi Oeconomorum fungantur munere, abutentes, & in pia opera non erogantes pari ratione tenebuntur restituere præter diuinam vltionem, vt Imperator inquit, & pœnas cœlestes, ex quo mortale delictum colligitur. Vel etiam ita colligi potest. Cautum est in Concilio Antiocheno, Episcopos non erogantes Ecclesiasticos redditus in pia opera, sed in domesticorum vsus, & commoda Synodo Prouinciali pœnas daturos; cuius canonis meminit tex. in cap. Episcopus 12. q. 1. & quæ pœna sit, cui obnoxius erit Episcopus, videtur

per

per hanc constitutionem Iustiniani declaratum. Tantundem, scilicet de suo restituere.

Nec dicat aliquis, hoc Ius ante diuisionem fuisse, aliud deinde Ius post assignatam cuiq. portionem constitutum fuisse: nam diuisio nullum nouum Ius tradidit Episcopis, quod ante non obtinerent: hæc enim diuisionis natura non est: sed distinctæ portiones fuerunt, vt Episcopus arceretur à reliquis, non vt in sua maius Ius, aut dominium obtineret; & vt Iurisconsultorum verbis vtar. Non quo magis, sed quo minus haberet, facta est diuisio. Deinde apertissimè apparet ad sumptus Patriarcharum, & clericorum portionem illam, de qua Iustinianus meminit, fuisse assignatam, vt ex verbis facilè colligitur. Hæc ille.

Quibus pro coronide addendum est, Episcopos non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & sollici-
79 tudines pro Dei gloria vocatos esse; & modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu Episcopi contenti sint. Sunt verba expressa Sac. Conc. Trident. sess. 25. cap. 1. de reform.
80 vbi etiam Episcopis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresue

suos

suos augere studeant. cum & Apostolorum canones prohibeant, nè res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent.

81 Dominium verò bonorum Ecclesiæ est Christi, cap. Cum ex eo de elect. Felin. in cap. Constitutus nu. 19. de rescript. Vgolin. de Iust. & Validit. Monitorij Pauli V. contra
82 Venetos, vbi tenet, prædicta bona esse Christi non cumulatiuè, sed priuatiuè; ita vt non
83 sint alterius Domini, & ideo dominium bonorum Ecclesiæ immediatè, & proximè est sub dominio Dei, & Christi, & non per metaphoram, sed per omnimodam potestatē. latè Nauar. loco cit. q. 1. monit. 16. 21. & 40. & q. 3. monit. 31. num. 7. in noua impress. Suar. lib. 4. de Immunit. cap. 18. nu. 7. & Ludou. de Beia loco cit. in vers. Probatur 1.

84 Qua de re non immeritò tenet Farinac. decis. posth. 187. nu. 2. par. 2. Episcopum non posse disponere super redditibus suæ Ecclesiæ, nisi eius dispositio fuerit à Sede Apostolica confirmata, quæ conclusio, vt inquit idem Farinac. vbi supra, confirmatur exemplo S. Caroli, qui nunquam voluit de huiusmodi redditibus disponere absque speciali Sedis Apostolicæ facultate.

Hinc

Hinc Sacrosanctum Concil. Trid. sess. 25. cap. 1. de reform. nuper vetuit, ne vllus Episcopus, aut alius Beneficiarius, etiam si Cardinea dignitate fulgeat, cognatos, vel familiares suos ex redditibus Ecclesiæ augeat.

Ex quibus clarè infertur, Episcopos redditum Ecclesiæ non esse Dominos, ex eo quia, si essent domini absque vllo obstaculo liberè de redditibus Ecclesiæ disponere possent.

85 Confirmatur hæc conclusio ex eo, quia Episcopus grauatus ære alieno antequam esset Episcopus, si fecit obligationem de soluendo creditoribus, cum primum ad pinguiorem fortunam deuenerit, non obligatur in foro conscientiæ, neque in foro fori ad soluendum ex fructibus Episcopatus, quia sine licentia Papæ, ex ipsis propria debita non potest persoluere, Bald. cons. 208. lib. 2. quem adducit, & seq. Card. Tusc. pract. conclus. in verbo Episcopus concl. 289. nu. 1.

86 Benè tamen verum est, quod Episcopus est Dominus quartę partis fructuū ad suum victum, & vsum per Sacros Canones destinatæ; talium enim fructuum est eadem ratio, quæ de bonis proprijs, D. Thom. 2. 2.

q. 185.

q.185.art.7.in corpore artic. & ibi Caietan. q.2. Molina de Iust.disput.146.vers.contrarium, Sotus de Iustit.& Iur.lib.10.q.4.art.4. col.4.vers.Cum ego.

87 Huc satis concinnè, iudicio meo, cadit pernecessaria quæstio in actu practico, an scilicet prænarrata iura canonica loquentia circa redditum Ecclesiæ distributionem per Episcopos faciēdam, fuerint per contrariam consuetudinem abrogata, sciente tanto tempore Romano Pontifice, & non reprehendente. Respondetur indubitanter negatiuè.

88 Tum primo quia, vt Innoc.III. ait in cap. Cum iam dudum de præb. multa tolerātur, quæ si in iudicium deducerentur, iustitia id exigente, non tolerarentur; quæ est responsio in nostris terminis Caietan.in 2.2.q.185. vbi habentur hæc verba. Non consuetudo, sed abusus est, & similiter multa per patientiam tolerantur, quæ si ad iudicium deducerentur, arguerentur. Rursus dato, quod iura illa abrogata essent quo ad id, quod iuris est positiui, hoc est, quo ad quartam partem, non tamen possunt abrogari, quo ad id, quod est Iuris Diuini, hoc est, quod sint

Epi-

Episcopi patres pauperum, & templorum suorum reparatores. Hæc Caietan. vbi supra art. 7. vers. Ad primum in medio, vid. Episcopum Clugien. tract. de Resid. Episcopi in princip. vbi docet, Episcopos inter Ecclesiæ ædificatores haberi.

89 Tum secundò, quia huiusmodi asserta tolerantia non arguit tolerantis cõsensum: Menoch. in cons. 275. nu. 50. tom. 3. tolerare
90 enim dicitur, qui scit, & patitur. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 69. nu. 5. cent. 1. lib. 2. Papa autem non præsumitur huiusmodi prætensas consuetudines, seu corruptelas scire, cum sint facti, & in facto consistant; tex. est expressus in cap. 1. de constit. in 6. nam ea,
91 quæ sunt facti, non præsumuntur, nisi probentur: vulgato tex. in l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuers.

92 Quod autem nulla sit habenda ratio de huiusmodi asserta, & figurata tolerantia, ex eo euincitur, quia actus Principis, & sic Sũmi Pontificis, qui est in pati non inducit dispensationem, quia talis actus consensum non continet. Menoch. in d. cons. 275. n. 51.
93 & seq. vbi subdit, quod tolerantia simplex, quæ est nuda patientia, & dissimulatio

non veſtita actu concludente conſenſum, non habet vim, & effectum conſenſus: ergo à fortiori in caſu, de quo agitur, non arguit conſenſum Summi Pontificis.

94 Tum tertiò, quia Papa ſcit,& tolerat fornicationem, tamen non approbando, ſed ſolum non puniendo,ad alia maiora peccata deuitanda, & ob aliam bonum finem, iuxta Gloſ. ab omnibus receptam in c.Omnis 3.diſt. & in cap. Meretrices 32. q.4. per quas Io. Andr. in cap. Peccatum de Regul. Iur.in 6. receptus vbique, has duas permiſ-
95 ſionis ſpecies expreſſit. qua etiam ratione Eccleſia multa obſcena in Dominica quinquageſimæ, & feria tertia inſequente fieri impunè permittit, cap. Denique 4.diſt. ſed non ideo, iſthæc approbare cenſetur d.cap. Meretrices,nec poſſe cōtra Iuris Diuini prohibitionem,cap.Sunt quidam 25.q.1.

96 Atqui hæreticum eſt aſſerere, fornicationem eſſe licitam,Clem.ad noſtram de hæretic.Martin.Nauar. de pœnit.diſt.5. in princ. nu.119.fol.mihi 54. Iul.Clar.lib.5.receptar. ſent.in §.Fornicatio, & in §.Hæreſis, igitur dato citra veri præiudicium, Papam ſcire, quod Epiſcopi redditus Eccleſiæ malè diſpen-

ſpenſent, ſcilicet ſacris canonibus contrauo-
97 niendo; nedum eſſet grauiſſimus error, ſed hæreticum pertinaciter aſſerere, licitum eſſe Epiſcopis redditus Eccleſiæ malè, ſcilicet contra formam canonum prænarratorum diſtribuere.

98 Pro cuius opinionis corroboratione valdè vrget id, quod ſcriptum reliquit doctiſſimus Petrus à Soto Confeſſarius catholiciſſimi Caroli V. & grande ordinis Dominicani ornamētum in lib. de Inſtit. Sacerd. 2. par. de Vita Sacerd. lect. 3. tit. de bonis Eccleſiæ, quo in loco hæc grauiſſima verba effert. Primò omnium conſtat ex decurſu totius Eccleſiæ ab Apoſtolis, & ipſo Iure Diuino bona omniū Eccleſiarum, cum Chriſti ſint, meritò etiam pauperum eſſe: neque vlla ratione, aut poteſtate humana fieri poſſe, vt licitè in alios vſus, quam in Eccleſiaſticos, & pauperum expēdi poſſint. Et paulò poſt.
99 Et contrarium credimus eſſe errorem grauiſſimum ſaltem contra bonos mores, & iuſtitiam, & quid ni etiam cōtra ſcripturam?

100 Tum quartò, quia talis prætenſa conſuetudo, cum ſit contra Ius canonicum, eſt irrationabilis, & non valet, quia dicitur abu-

ſus Clemen.1. de pœn. & remiſs. Caiet.vbi
101 ſupra, & in dubio præſumitur irrationabilis conſuetudo. Ex eo ſolum, quod eſt contraria Iuri. Latè Crauet.conſ.116 n.50.nam
102 conſuetudo eſt lex, & lex iuſta, atque honeſta eſſe debet,c.Erit autem lex 4.diſt.
103 Tum quintò, quia huiuſmodi prætenſa conſuetudo dicitur contra bonos mores canonicos, & per eam daretur occaſio perſonis Eccleſiaſticis animum ad auaritiam applicandi; ob idque admitti non debet conſuetudo eiuſmodi Bart.in l.omnes populi in q.3.princ. ff.de Iuſtit.& Iur. Crauet.in dicto conſ.116.nu.4.
104 Tum ſextò, quia iure cautũ eſt in quos vſus redditus Eccleſiæ Epiſcopi impendere debent,vt ſuperius demonſtraui;& dum ius non deficit, conſuetudo induci non poteſt, cap. Conſuetudo diſt. 1. qua de re non poſſunt Epiſcopi de redditibus Eccleſiæ ad eorum arbitrium diſponere, vt affirmat Vgolin.loco citato §.9.

Tum ſeptimò, quia talis prætenſa conſuetudo non eſt,ſed figuratur, vt Vgolin.loco proximè citato aſſerit; & quatenus exiſteret citra veri præiudicium, nedum requi-

reba-

rebatur,quod eſſet obtenta in contradictorio Iudicio, ſed quod fuerit iudicatum bis, aut ter, extare conſuetudinem, cum eſſet contra Ius, Berous conſ.162.nu.5.lib.3.Menoch.conſ.501.nu.38.tom.6.

105 Ad conſuetudinem enim probandam requiritur actuum multitudo, de quibus vid. Menoch.conſ.906.num.47.tom.10. & cum requiſita neceſſaria in dicta aſſerta cõſuetudine non concurrerent, ob id nulla eſt de ea habenda ratio.

106 Tum octauò, quia Epiſcopus ſolum id petere poteſt ab Eccleſijs,quod à canonibus ſibi deberi probat, non obſtante longinqua vſurpatione,cap.Quia cognouimus 10.q.3. iuncta Gloſ. in cap. Tantum 18. q. 2. Hinc voluit Archidiac.in cap.Quia 10.q.3.per il-
107 lum tex. quod Epiſcopus nunquam præſcribit in his,quæ cõtra Ius commune vſurpauit, ergo data, non autem conceſſa longingua conſuetudine, Epiſcopus non poteſt ad ſui arbitrium de redditibus Eccleſiæ diſponere, cum id deberi ſibi, à canonibus probare non poteſt, cum eidem Iuri canonico expreſsè repugnet, per quod cautum eſt, in quos vſus Eccleſiæ redditus per Epi-

ſcopum diſpenſari debent.

108 Tum nonò, quia, ſi Epiſcopi diſponere poſſent ad eorum arbitrium de redditibus Eccleſiæ inter viuos, multò magis inter mortuos etiam poſſent: quandoquidem fauorabiliores ſunt vltimæ voluntates, quàm diſpoſitiones inter viuos, cap. fin. de re Iud. auth. diſponat de hæred. & falcid.

109 At Epiſcopi diſponere non poſſunt cauſa mortis de redditibus Eccleſiæ, cum de Iure communi ad Eccleſias pertineant, à quibus habuerunt: Iure autem nouo ad Cameram Apoſtolicam, quæ commiſſarios ſpoliorum creat, Vgolin. loco citato, ergo Epiſcopi à fortiori nullo pacto ad eorum arbitrium de dictis redditibus diſponere inter viuos poſſunt. Imò docet Abb. in cap. Cum
110 eſſes num. 3. de teſtament. quod Summus Pontifex non poteſt ſine cauſa clericis, & ſic Epiſcopis indulgere, vt teſtari poſſint de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, cum dominium ſit pœnes Deum.

111 Et quamuis Papa tanquam caput Eccleſiæ poſſit omnia, tamen id intelligitur ex iuſta cauſa, alias non. & iuſta dicitur vtilis in vniuerſo, vel neceſſaria, vt declarat Lu-

dou.

dou. Roman. conſ.345. & ſeq. Apoſtil. in verſ.Non poſſit, dicit magis communem.
112 Et pariter contra ordinationem Apoſtolorum Papa ſine iuſta cauſa venire non poteſt, cap. Sunt quidam 25. q.1. Roman. in d.conſ.345.nu.8.
113 Et pariter contra decreta Conciliorum Papa non venit, niſi ex diſpenſatione, & iuſta cauſa; plura allegat Roman. vbi ſupra nu.8.alleg. cap.Requiſitis 1.q.7.cap.Confi-
114 dimus, & c.Contra ſtatuta 25.q.1. vbi Papa profitetur, non poſſe contra concilia venire; & ſi quando diſpenſat ex iuſta cauſa facere, profitetur; ita dicit tex.in §.Reſpondetur 25.q.1.in verſ.Valet ergo, circa finem.
115 Et pariter contra ſtatutum Summorum Pontificum Papa non ſtatuit, neque diſpenſat ſine iuſta cauſa.Roman.d.conſ.345.n.9.
116 allegat. cap.Inſtitutionis 25.q.2. vbi Papa dicitur euerſor, ſi contra ſtatuta aliorum Pontificum venit, & in cap. Loci noſtri 26.
117 q.1.dicit Papa, ſe non infringere, ſed roborare velle decreta prædeceſſorum ſuorum, & nedum contra ius naturale non poteſt venire Papa, ſed neque ſine iuſta cauſa contra ius ciuile illi venire licet. Roman. in di-

cto suo celeberrimo consil. 345. num. 10. & seq.

Tum decimò, quia si Episcopis liceret vigore dictæ prætensæ cõsuetudinis ad eorum arbitrium de redditibus Ecclesiæ disponere, sequeretur, quod Episcopi redditus Ecclesiæ designatos vsurpare possent, ne ad eos, ad quos de iure pertinent, distribuantur, consequens est falsum, ergo & Antecedens.

118 Quod consequens falsum sit; patet, quia per Bullam cœnæ fertur excommunicatio contra vsurpantes redditus, & prouentus, fructus, & emolumẽta, quæ in ministrorum, Ecclesiarumq. necessitates conuerti debent. In Sacro etiam Concilio Tridentino, hæc habentur verba. Excommunicantur omnes tam Laici, quàm Clerici quacunque dignitate, etiam Regali præfulgeant, qui alicuius Ecclesiæ, vel cuiusuis sæcularis, & regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorumq. locorum iurisdictiones, bona, census, aut iura, etiam feudalia, & emphiteotica, fructus, emolumenta, seu quascunque obuẽtiones; quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent per se, vel per alios vi, vel timore incussi, seu etiam per suppositas

per-

personas Clericorũ, vel Laicorum, seu quacunque arte, vel quæsito colore in proprios vsus conuertere, illosq. vsurpare præsumũt, seu impediunt, ne ad eos, ad quos de iure pertinent, percipiantur. & paulò post; hæc excõmunicatio Papæ reseruatur. Hæc Sacr. Concil. Trid. sess. 22. cap. 11. de reformat.

In quam excõmunicationem incurrunt, siue Episcopi sint, siue Cardinales. Bonacina super Bulla cœnæ Domini disput. 1. q. 18.
119 punct. 3. nu. 2. Nullo enim iure excipiuntur Episcopi ab incurrendo excommunicationem, quæ fertur aliquo iure generali, quamuis iure. cap. Quia 4. de sent. excom. in 6. excipiuntur ab incurrendo suspensionem, & interdictum, quæ iure generali feruntur, quæ sunt distincta ab excommunicatione, & etiam ab irregularitate. Bonac. loco citat. & Glian. in Summa in verbo Episcopus nu. 1.

Tum vndecimò, quia ex Actis Apostol. cap. 2. sub finem, & cap. 5. & 6. palam colli-
120 gitur, illos fideles primos vendidisse sua bona, & dedisse Apostolis tanquam Christi Ministris, & eius rem agentibus, prætia illorum, vt alerentur ex eis fideles egeni: & cer-

tum

tum eſt eorum ſucceſſores, ſcilicet Epiſcopos cum eodem modo,& onere retinuiſſe, prædia, quæ poſtea ſeruarunt inuendita, vt futuris neceſſitatibus prouiderent: id quod clarè teſtatur Melchiad. Papa in cap. Futurum 12. q. 1. & clarius Vrbanus in cap. Videntes ead. q. & cauſ. ante quos firmè dixit Clemens in alijs locis, & cum traditione Apoſtolorum declaratum eſt, intentionem Domini Noſtri IESV CHRISTI fuiſſe, vt redditus Eccleſiæ in ſola opera pia impēdantur, ergo Iuris diuini eſt, vel ei æquipollentis, ne dicti redditus in alios vſus, quam
121 in pia opera impendātur. Omnium enim traditio Apoſtolorū à ſucceſſoribus eorum, veluti per manus ſuſceptas, vel obſeruata, pro diuina inſtitutione tenenda eſt. cap. Eccleſiaſticarum,& in cap. In ijs 11. diſt. igitur
122 nullo pacto valere poterit huiuſmodi figurata conſuetudo, cum eſſet contra Ius diuinum. cap. Quæ contra, & cap. Mala 8. diſt.

Comprobantur prædicta ex eo, quia non eſt veriſimile, quod illi antiqui fideles tam religioſi, tam humiles, modeſti, & temperantes, ſua bona ob amorem Dei, & animarum ſuarum ſalutem dederint Eccleſijs, ea

men-

mente, vt Episcopi,& Clerici sumptuosè comedant, & bibant, indulgendo gulæ, à quibus illi abhorrebant. neque, vt seipsos,& suas domos, familias, parietes, lecticas, & mulas splēdidè vestiant, humanum honorem adorantes cum ambitione, & superbia, quam illi pro humilitate, & modestia contempserunt: neque etiam, vt grandes maioratus instituant, aut cognatos suos magnificent: & cum illi noluissent illa donare suis, vt Deo donarent, neque vt thesaurizent in terris, id quod imitando eos thesaurizare debēt Episcopi in cœlis, sed vt Ecclesiæ primum, deinde pauperes alantur, Ecclesiarumq. fabricis, cæterisq. necessitatibus prouideatur, prout Sacri canones prænarrati expresè mādant, & præsertim in cap. Concesso, cap. Vobis, cap. de Redditibus, cap. Quatuor, & cap. Vlteranææ 12. q. 2.

123 Tum duodecimo, quia dicta figurata cōsuetudo est nutritiua peccati, & ideo non valet, etiam si sit immemorabilis. Calder. in cons. 42. per totum. Gemin. cons. 63. nu. 18. & dicitur corruptela consuetudo inducens
124 peccatum, & tanto grauiora sunt peccata, quanto diutiùs infelicem animam detinent,

nent. cap. Non debet de consang. & affinit. vbi Glos. Vrsell. ad Afflict. decis. 13. num. 7. Præfatam verò assertam consuetudinem inducere peccatum vnicuique sanæ mẽtis patere debet, ex eo quia in ea implicitè continetur Episcopis licitum esse canonibus præ-
125 narratis contrauenire, & de Iure Episcopi à peccato excusari non possunt non obseruantes canones Glos. in cap. Nulli vers. Prostratus dist. 19.

126 Imò, quod magis est, nedum Episcopi peccant mortaliter non obseruãtes prænarratas canonũ dispositiones (loquor de reddituum Ecclesiæ distributione per Episcopos facienda) sed quod peius est, in Spiritum sanctum blasphemant, cum Sacri canones instinctu Spiritus sancti editi sunt, text. est expressus in cap. Violatores 25. q. 1. cuius infrascripta sunt verba.

127 Violatores canonum voluntarij grauiter à Sanctis Patribus iudicantur, & à sancto Spiritu, instinctu cuius, ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare Spiritum sanctum incongruè videtur, qui contra eosdem Sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissum est,

eſt, aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſpontè conſentiunt. talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium Spiritum ſanctum: quia, vt iam prælibatum eſt, contra eum agit, cuius nutu, & gratia Sancti canones editi ſunt. hæc Damaſ. Papa in d. cap. Violatores.

128 Hinc voluit tex. in cap. 1. 22. diſt. Epiſcopos violantes Sacros canones eſſe ſuſpectos de hæreſi; imò tenet Gloſ. in d. cap. Violatores, quod huiuſmodi Epiſcopi eo ipſo videntur excommunicati, & hæretici: eſt videndus tex. in cap. Generali 25. q. 1. vbi Adrianus Papa ſic aſſerit. Generali decreto conſtituimus, vt execrandum anathema ſit, & veluti præuaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat, quicũque Regum, ſeu Epiſcoporum, vel Potentum deinceps Romanorum Pontificum decretorum cenſuram in quocunque crediderit, vel permiſerit violandum. Gregorius verò Papa in cap. Nulli 19. diſt. ſuper hac materia ſic aſſerit. Nulli fas eſt, vel velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis pręcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi

qui oportet charitatem. sic ergo ruinæ suæ dolorem prostratus quisquis Apostolicis voluerit cōtraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed extorris à Sancto ministerio fiat, nec de eius Iudicio quisquam postea curam habeat; quoniam iam damnatus à Sancta Apostolica Ecclesia, ac auctoritate sua de inobedientia, atque præsumptione à quoquam esse, non dubitatur: quia maioris excommunicationis deiectione est abijciendus, cui Sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solum præfatæ Sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam alijs, ne præterirent, insinuare. Sitq. alienus à Diuinis, & Pontificalibus officijs, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare.

129 Qua de re canonum statuta custodiantur ab omnibus, & nemo in actionibus, vel Iudicijs Ecclesiasticis suo sensu (scilicet malè) sed eorum auctoritate ducatur. Sunt verba expressa tex. in cap. 1. de constit. & de illorum iustitia, vel iniustitia non posse disputari, vel dubitari, testatur de communi opinione Petrus Ancar. cons. 196. nu. 10. in fin. vbi allegat tex. in cap. Istis 4. dist. & tex. in

l. Ne-

1 l.Nemo clericum. C.de Sum. Trinit. & fid. Cathol.

130 Amplia specialiter in Episcopis, qui speciali Iuramento non possunt contradicere statutis Romanorum Pontificum, sed illa seruare tenentur. Federic.de Senis cons. 17. num.2. vers.Præterea quomodo Episcopus, vbi allegat tex.in cap.Ego N.de Iur.iurand. cuius sunt hæc verba infrascripta.

Ego N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero Sancto Petro, Sanctæq. Romanæ Ecclesiæ, Dominoq.meo Papæ N. eiusq.successoribus canonicè intrantibus. Non ero neque in consilio, neque in facto, vt vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione. Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas Sanctorum Patrum, adiutor ero ad defendendum, & retinendum saluo ordine meo contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica prædicatione. Legatum Apostolicæ Sedis, quem certum esse cognouero, in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Apostolorum Limina singulis annis, aut per me, aut per certum Nuncium visitabo; nisi eorum ab-

soluar

ſoluar licentia. ſic Deus me adiuuet,& hæc Sancta Euangelia. Hactenus tex.
131 Hinc voluit Sum. Armil. in verbo Epiſcopus num.23.quod Epiſcopus non obſeruans,vel non obſeruare faciens canones,eſt periurius,& eſt euitandus tanquam excom-
132 municatus: nam quidquid Romana Eccleſia ſtatuit,vel ordinat ab omnibus obſeruandum eſt, cap. Enimuero diſt.19. & qui
133 dicit, Romanam Eccleſiam non eſſe caput, nec poſſe canones condere, eſt hæreticus,cap.1.diſt.22.Gloſ.in d.cap.Nulli. Hic non incongruè ſciendum eſt, quod D.Tho.
134 in quodlib.1.art.18.exiſtimat. Periurium eſſe grauius homicidio, rationibus ſanè vrgentiſſimis, ſi quidem periurium eſt tranſgreſſio præcepti prioris Tabulæ,& ex eo honori,& reuerentiæ Dei Optimi Maximi, detrahitur, ideoq. iniuria Deo fit, quæ maior eſt omnibus alijs,quibus Proximus offenditur.Deinde,vt ait D.Paul.omnis controuertiæ finis eſt iuramētum. quod ſi ita eſt conſequitur planè, maius eſſe crimen periurij, quam homicidium: alioquin homicidæ,aut adulteræ nunquam iuramētum deferretur; quoniam coniectura eſſet, quod periurium tan-

tanquam præsidium peccata maiora contingerent, & cœlarent crimina, quo argumento vtitur D. Thomas vbi supra.

135 Item non est ignorandum, quod ad hoc, vt Episcopi in prænarratas pœnas incidant ob non obseruationem canonum, requiritur, quod ex cōtemptu canones non obseruent. ita tenet Archidiac. in d. c. Violatores.

Postremò Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 18. sic asserit super hac materia. Sciant vniuersi, sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quod ad eius fieri poterit indistinctè obseruandos.

136 Non est tamen silentio prætereundum, quod licet Episcopi statuta facere possint, vt habetur in cap. fin. de constit. in 6. nihilominus contra ius commune statuta facere non possunt. argum. Clem. Romani de elect. & c. Quod super his de maior. & obed. atque sic etiam Ias. asseruit in l. Omnes Po-
137 puli nu. 30. in 1. lect. de Iust. & Iur. Ratio enim est, quia inferior est Episcopus eo, qui communem legem tulit, qui est Romanus Pontifex; inferior autem superioris legem tollere non potest, c. Cum inferior de maior. & obedien.

Qua de re non immeritò voluit Felin. in cap. Si quando in princip. de rescript. quem ducit, & sequitur Glianes in Summa in ver-
138 bo Episcopus, quod si Episcopi præciperent contra Canones, nec Sacerdotes, nec Vassalli præstare tenerentur obedientiam.
139 Valde Episcopi cauere debent, ne Sacris Canonibus contraueniant; tantò magis, quod doctissimus Andreas de Isernia (cuius magna est authoritas, propter eius sublime ingenium, veritatem, ac singularem doctrinã, vt ob id passim à Doctoribus huius Regni Euangelista nuncupetur) videns aliquos Episcopos redditus Ecclesię non distribuentes, prout canones mandant, exclamando in d. rubr. de decim. scriptum reliquit. Quod hodie pauci Episcopi se saluant. quia inquit Afflict. in ead. Rubr. Sunt in damnatione inferni. & Dionys. in lib. contra pluritatem benefic. art. 7. & Ioan. à Sylua de benefic. refe-
140 runt, celeberrimum illum, & Episcopum, & Doctorem Gulielmum Parisiensem affirmasse, quendam amicum eius litteris insignem, qui iam vita functus erat, apparuisse, dixisseque, quod vna de tribus causis ob quas fuit damnatus, erat, quia quod è beneficio-

ficiorum redditibus ei supereſſet, pauperibus non erogaſſet.

141 Denique pro complemento illud prædictis addendum putauimus, quod Prælatorum exempla mala alios corrũpunt,& ideo delicta eorum magis ſunt punienda, c.Præcipuè 11.q.3. c.Tantum 85.diſt. cap.Nulli-
142 tas 25. q. 1. vbi tenet Gloſ. quod per Epiſcoporum delicta exempla perditionis magis tranſmittantur ad ſubditos, quàm per
143 alios, propterea tenentur omnes etiam ſubditi ex præcepto corrigere Prælatos ſuos, ita docet D.Thom. 2.2.q.33. art.4. vbi ſubdit, quod licet præſumere,ſe eſſe ſimpliciter meliorem, quam Prælatum, videatur eſſe præſumptuoſæ ſuperbiæ, nihilominùs extimare ſe meliorem quantum ad aliquid non eſt præſumptionis, quia nullus eſt in hac vita,qui nõ habet aliquem defectum,& etiam conſiderandum eſt,quod cum aliquis Prælatum charitatiuè monet, non propterea ſe meliorem eſſe exiſtimat, ſed auxilium impartitur ei, qui quanto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori verſatur, hactenus D.Tho. cui accedit Card.de Turrecrem.de Auth.Papæ q.73,vid.Bañes in d.q.33.art.4.

Meritò insinuatum esse inquit Caiet. in d.art.4.à Scripturis, quod subditis licet correctionem charitatiuam cum modestia reuerenter facere erga Prælatos suos, insinuatur per hoc 1.Regum 19.laudabiliter intro-
144 ducitur Iothanas corripuisse patrem suum Regem Saul de iniqua persecutione contra Dauid de adulterio,scriptum est enim,quod
145 quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, testatur Paulus Apostolus ad Roman. 15. igitur, ne vereantur subditi suos Prælatos corrigere,verùm si notabiliter suis moribus Populũ scandalizent, tunc publicè corrigendi sunt, quoniam huiusmodi correctio potest prodesse Populo, & nihil obesse, Bañes loco citato in d. art.4. vers.Tunc enim.

146 Idque tantò fortiùs permittitur, quia Episcopi, propter opprobrium senectutis à paruulis, & à minimis non erubescant discere, cap.Nullus Episcoporum 28. dist. vbi Glos. quapropter S. Augustinus etiam ab anniculo dixit, se paratum doceri, cap. Si habes 23.q.4. tantò magis,quod Deus om-
147 nipotens solet reuelare paruulis, quæ abscondit sapientibus Matth. 11. considerare

enim

enim debent Episcopi, ipsum S. Augustinum summum Doctorem quandoque errasse, vt legitur in dist. 9. per totum, & librum retractationum suarum composuit.

Ex quibus clarè colligitur, quod omninò corrigendi sunt Episcopi negligentes, & curam Ecclesiarum collapsarum non habentes, vt statim illæ reficiantur, & maximè si pro ipsorum Palatijs, vbi corpus reficitur ardenter laborent, neglecto templo Dei, in quo cibaria animarum, scilicet Eucharistiæ Sacramentum existit; Sacrosancta enim Eucharistia Sacramentum est omnium maximum, in quo non sola gratia copiosissimè, sed ipse auctor gratiæ continetur.

148 Item addendum est in materia, quod non esset ponere os in cœlum, asserere, quod Episcopi circa fabricas Ecclesiæ necessarias negligentes fidem negarunt, & infidelibus deteriores sunt, probatur hoc ex D. Paulo ad Thimot. 5. vbi legitur, quod si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, quod cum prænarrati Pauli dictum procedat contra maritum suæ vxoris curam non habentem teste Glianes in Summa in-

verbo Vxoratus num.3. idcircò illud etiam procedit contra Episcopos curam non habentes suæ vxoris, scilicet Ecclesiæ spiritualis, quæ est fidelium congregatio; vbi quæso congregãtur fideles, si eorum domus collapsæ sint? & earum Episcopi curam non habent, vt reficiantur, vnde non immeritò.

149 S. Gregorius Episcopos reprehendit honoris immemores, & curam paternæ vigilantiæ non habentes circa Ecelesias, & filios ext. cap. Nunciatum 84. dist.

Considerare enim debent Episcopi, quod quantò præ cæteris gradus Episcopalis altior est, tantò si per negligentiam dilabatur ruina grauior est, ita scriptũ reliquit S. Ambros. in Pastorem.

150 Imò, si Episcopi curam non habent, vt suæ Ecclesias Cathedrales collapsæ reficiantur, eorum orationes, licet sint continuæ, & assiduæ parum prosunt. Text. est singularis, dum est in proprijs terminis terminantibus in cap. Fratrem 86. dist. vbi non sibi credat (scilicet Episcopus) solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare, sed largam manum habeat, necessitatem pa-

tien-

tientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: quia si hæc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet, & Glos. ibi subdit, & nomine, & re talis Episcopus priuandus est per tex. in cap. Quæ ipsis 88. dist. & cap. Episcopi 68. dist.

151 Considerandum sanè est, quantum Dominus iratus fuit, ingrediens templum in Hierusalem, cum eiecerit ex illo vendentes,
152 & ementes Ioan. cap. 2. multò magis vidẽs quasdam Ecclesias Cathedrales domus suas detectas sordidè cõtra omnem decen-
153 tiam necessaria naturæ ibi facere, licet nimis videatur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis, sunt verba expressa test. in c. fin. de custod. Eucharist. qua propter per Concilium Toletanum diffinitum fuit, quod narratur in c. Diffiniuit 27. q. 4. fugientem ad Ecclesiam, vel ibi residentem inde vi abstrahendum non esse, etiam per 30. passus, si pro requisitis naturæ exierit.

154 Hinc legitur 2. Machab. c. 3. quod Eliodorus diuino iudicio flagellatus fuit vsque ad mortem, quia ingressus Ecclesiam, & domum Dei, volebat asportare solum thesau-

rum in ea existentem. Simile habetur exem-
155 plum de Balthasar Rege apud Danielem cap. 5. qui gloriabatur, & epulabatur vasis asportatis de templo Dei, & percussit eum Deus morte, prænuncians hoc ex miraculo scribentis in pariete vid. tex. in cap. Vestimenta de consecrat. dist. 1.

156 Et demùm, vt legitur lib. 1. Machab. Iudas, & fratres, qui Machabæi dicebantur habentes zelum legis Dei lamentabantur, quod templum eorum factum erat, sicut homo ignobilis, & sancta in manibus extraneorum tradita, & videntes profanationem templi sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, imponentes cinerem super caput suum, fuerunt omnes Dei amici zelantes, & in conseruatione templi, restauratione, & purgatione, cap. 4. quod magis nobis esse debet exemplum, nam vt docet D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 1. facta Sanctorum, quæ in sacra Scriptura narrantur, nobis proponuntur in exemplum.

Quod si hæc sunt in Ecclesijs figuram præbentibus, quid in veris Ecclesijs erit dicendum? Si enim hæc à quodam viro ponderata fuissent, vtique ille in publico, & in

Ecclesia dicere ausus non fuisset, Episcopos nequaquam obligatos esse de redditibus Ecclesiæ suam Ecclesiam Cathedralem fabricare, etiam si detecta reperiatur, quapropter iuri, & veritati consentaneum esse existimo, hanc suam opinionem veritate procul esse, & proinde illi incidunt in pœnam æternæ damnationis contentam in cap. Dispensatio 43.dist. Fusc. de Visitat. tit.de Prædic.verbi Dei lib.1.

157 Quarè per viscera Domini Nostri Iesu Christi Reuerendissimos D. Episcopos humillimè obsecro, vt cum effectu, & quàm citiùs suarum Ecclesiarum Cathedralium fabricas necessarias de ipsarum redditibus conficere debeant, ad quod onus (vt supra demonstratum est) indubitanter tenentur. tantò magis, quod scriptum est Ierem. 48. Maledictus homo, qui facit opus Domini negligēter, quod opus nulli dubium esse debet, quin sit domus Domini, quæ est Ecclesia materialis, vt in 3.par.demonstrabimus.

158 Error enim est sine dubio grauissimus, & maximè perniciosus, si dum rogantur Episcopi, vt aliquid de redditibus Episcopatus fabricis Ecclesiarum Cathedralium offe-

rant;

rant; responderent, quid ad te? de re mea, non licet mihi facere, quod volo? id verò multis testimonijs ostendi potest. nam in lib. 1. Paralip. 29. cum in ædificationem templi obtulisset Dauid tria millia talentorum auri, & septem millia talẽtorum argenti probatissimi, & marmor Parium abũdantissimè; & ad exẽplum Regis, Principes Tribuum obtulissent auri talenta quinque millia, argenti talenta decem millia, & æris talenta decem, & octo millia, ferri quoq; centum millia talentorũ, dixit Dauid ad Deum: Tua est, Domine magnificentia, & potentia, & gloria: cuncta enim, quæ in cœlo sunt, & in terra, tua sunt: tuum Domine Regnũ, & tu es super omnes Principes: tuæ diuitiæ, & tua est gloria: tu dominaris omnium. quis ego, & quis Populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.

159 His addi potest testimonium ipsius Dei; qui per Agæam Prophetam cap. 2. dicit: Meum est argentum, & meum est aurum. Quod ideo Dominus dixit, vt populus intelligeret, & præsertim Episcopi, ad nouam templi ædificationem, nihil omninò defu-

tu-

turum, cum ipse templum reædificari iuberet, cuius est aurum, & argentum, quod in vniuerso terrarum orbe reperitur.

160 Esto enim diuites huius seculi Domini sint opum suarum, si comparentur ad alios homines; tamen si comparentur ad Deum, Domini non sunt, sed aut ministri, aut œconomi, aut villici. Audi Prophetam Regium Psal. 23. Domini, inquit, est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Et rursùs alibi Psal. 49. Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumẽta in montibus, & boues. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius.

Dolendum sanè est, quod veritas hæc tam manifesta quorumdam Episcoporum oculis tam sit abscondita, & quod peius,
161 sunt Pastores, qui Pastorum nomine gaudere volunt, Pastoris autem officium adimplere nolunt, testatur D. Augu∫t. lib. vnic. de Pastore tom. 9. vbi latissimè Pastorum statum, & obligationem depingit, atque deplorat.

162 Ac tandem pro coronide illud adijciendum duxi, quod plurimum Episcopis pro-

dest


deſt ad cõſcientiam bonam.& rectam conſtituẽdam, & ſpem vitæ æternæ verè acquirendam vitas Sanctorum Epiſcoporum aſſiduè legere, inter quas non vltimo loco ponenda eſt vita S.Caroli Card. & Archiepiſc. Mediol.qui omnes partes optimi Antiſtitis, ſiue in reſidendo, ſiue in prædicando, ſiue in vitæ perfectione, ſiue in matura ordinatione Clericorum, ſiue in Beneficiorum multiplicitate reſecanda, atque ab ſe abijcienda, ſiue libertate Eccleſiæ prudenter, & fortiter conſeruanda, ſiue in affectu erga conſanguineos moderando, ſiue denique in effuſione diuitiarum erga pauperes, & admiranda, & quaſi nimia parcitate erga ſe ipſum luculenter, & mirabiliter adimpleuit.

163 Hæc ſcribere volui, vt in me verificetur id, quod ſcriptũ eſt apud Daniel. 12. vbi legitur, quod qui ad iuſtitiam erudiunt multos, ſunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates in Cœlo, atq; hæc pro huius primæ partis complemento ad Dei laudem, & Deiparæ ſemper Virginis, Beatæ Agathæ Virginis, & Martyris, & Patronorum aliorum dicta ſufficiant.

Primæ Partis finis.

SPE-

SPECVLI EPISCOPORVM
PARS SECVNDA.





DVERSVS ea, quæ optimis, & validissimis rationibus, Sacrorumq. Canonum, Sacræ Rotæ Romanæ, Sacrorum Conciliorum Generalium, atque Doctorum authoritatibus per me firmata fuerunt, non defuit, qui cōtradicere, non animo, vt interpretor, malo, quod de viro probo credendũ non est; sed canonicæ facultatis ignoratione sit ausus. Hinc quas ille ad me scriptas suoq. nomine obsignatas dedit responsiones, inserere non grauabor, vt quam tradidi, doctrina ad spiritualem animorum profectum, & Prælatorum Ecclesiæ instructionem stabiliùs obfirmetur.

1

2 Videbis hinc Lector, quàm omninò periculi plenum sit in alienam excurrere professionem. Scripta enim illius sunt tenoris sequentis, videlicet.

Respon-

Responsio Apologetica cuiusdam Theologi ad allegationes emanatas à quodam V.I.D.

Quidam V.I.D. cuius nomen reuerentiæ causa sub tenebris silentio sepelio in perpetuum. [*OPPOSITIO. Non moriar, sed uiuam, & narrabo opera Domini. Psalm.* 117. *Rob.Maz.*] vt parem eidem redderem gratiam, si quidem ipse tacuit cōcinnatoris nomen, quem assumit impugnandum, quasdam in iure allegationes elaborauit, quibus examinat. An Episcopus suis expensis Cathedralem suam Ecclesiam ędificare tenetur, & cōcludit teneri, imò eum læthalis culpæ reum facere ausus est, & ad pœnas Inferni damnare, si suam Ecclesiam non ędificat. [*OPPOSITIO. Hoc tantum dixi, quod, &*
3 *nunc dico, Episcopos sacrilegium committere, si redditus Ecclesiæ percipiant, & fabricas suarum Cathedralium ruina labentium, & ferè in terram prostratarum, conficere nollēt, quos Episcopos vehementer rogaui, vt circa hoc sua ministeria adimpleant, ex eo quia Paulus Apostolus ad Coloss. vlt. scribens, sic mihi præcipit ibi: Dicite Archippo Episcopo ministerium, quod ac-*

cep-

cepiſti in Domino, vt illud adimpleas. R.M.] Cum homo Chriſtianus, & Catholicus maiori deberet vti modeſtia; qui illicitum eſſe conſiderans ita petulanter inſurgere in Paſtorem, ne ex oue canis euaderet. [*OPPOSITIO. Aduerſus Paſtores pro Eccleſia loqui*
4 *liberè non formidaui, quia canes adueniente lupo fugere non debent, ſcilicet ſub ſilentio ſe abſcondere: idcircò Dominus per Iſaiam 56. eos increpans dicit, canes muti non valentes latrare. vid. tex. in cap. 1. 43. diſt. R. M.*] verùm ſi Epiſcopo non pepercit, quid mirum, ſi in cõcinnatorem eſt debaccatus. [*OPPOSITIO. Prophana nouitas verborũ eſt hæc. R. M.*] eò quod prædicauerit illa in roſtris, Epiſcopum ſuam Eccleſiam Cathedralem ſuis expenſis ædificare nõ teneri, quapropter concinnator miſſas ad ſe allegationes conſiderans nimis pueriles. [*OPPOSITIO. Cum eſſem paruulus loquebar, vt paruulus, ſapiebam, vt paruulus, intelligebam, vt paruulus, & cognoſcebam, vt paruulus, dum autem factus ſum vir, euacuaui, quæ paruuli erant. ſunt verba Apoſtoli 1. ad Corinth. 13. & cum omnis*
5 *ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, & ad arguendum, ad erudiendum in*

iuſti-

iustitia, vt perfectus sit homo ad omne opus bonum instructus secundum Apostolum 2. ad Timot. 3. idcircò sacram Scripturam in meis scriptis semper ducere soleo. R. M.] easdem existimans quemlibet intellectum, & humi serpentem posse illas infringere, nec non eisdem satisfacere plenissimè, qua de re mihi suo discipulo has partes commisit, quas libenter accepi, leue pondus esse coniectans, eruã igitur faciliter, Episcopum tàm à lethali culpa, quàm à tartareis pœnis, ad quas Doctor iste condemnat, meiq. Præceptoris opinionem promulgatam nõ erroneam, vt ipse malè censurat, sed Sacris Canonibus ab ipsomet adductis nimis esse consentaneam, demonstrabo.

Opinio igitur mei Præceptoris, quod Episcopus Ecclesiam, prout est in casu, suis expensis ædificare non teneatur, probatur ab ipsismet canonibus ab aduersario adductis. [*OPPOSITIO. Solemne est, multa promittentem, nihil præstare, vnde non mirum si Theologus hic multa cõgerit, & parùm probet:*
6 *quod mirum esse non debet, ex eo quia imperitia plura credit se scire, quæ nescit Veget. lib. 3. cap. 6. R. M.*] quod si benè trutinasset non

addu-

adduxiſſet, nam cap. Quatuor 12. q.2. poſtquam dixit, quod pars reddituum fabricæ eſt applicanda, ſtatim ſubtexuit, ea verò, quæ Eccleſiaſticis ædificijs reſtaurandis attributa ſunt, vide igitur Lector de reſtauratione ædificiorum, non de noua ædificatione, tex. locutus fuit. [*OPPOSITIO. Et*
7 *ſi ſcripturas, qui aliter intelligunt, quam ſe habet veritas, inebriantur, cap. Vino 37. diſt. tamen ſcriptor iſte diſpoſitionem tex. in d. c. 4. aliter intelligit, quare ſe habet veritas, vt in 3. par. principali ſatis demonſtrabo. Rob. Maz.*] aliud enim eſt ædificare, aliud reſtaurare, vt patet apud omnes, illud eſt de nouo facere, hoc verò vetus reſarcire, Eccleſia autem in noſtro caſu non reſtauratur, ſed de nouo ædificatur, vt patet ad ſenſum, ergo ad reſtaurationem Eccleſiæ Canon ille adductus ab aduerſario cogit Epiſcopum non ad ædificationem, hoc idem probant cæteri canones in dicta cauſa, & quęſtione à noſtro Doctore adducti, vt videre eſt apud Gloſ. eiſdem locis.

Verùm hic Doctor tàm oculatus ait, quod non debemus hos Canones limitare, quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere

debemus;sed respōdemus,non nos hos Ca-
nones ad reparationem limitare,sed ipsimet
8 se limitant. [*OPPOSITIO. Nullum cap. est in Decretalibus, Sexto, vel Clemētinis, quod probet, Episcopos teneri ad reparationem tantum, & non ad ædificationem Ecclesiæ. R.M.*]

Probatur secūdò nostra opinio à loco deducto ab aduersario pro se ex Sacr. Concil. Trident. sess.21.de reformat. cap.7. §.Parochiales, vbi disponit, Parochiales verò Ecclesias ita collapsas refici, & instaurari procurent, quod hic Sac. Concil. loquatur de restauratione ex verbo restaurari, tum ex verbo refici, reficere enim est vetus resarcire, si in aliqua parte dissutum, & laeerum est, non autem de nouo facere, vt patet ex Math.4. vbi videns Christus Ioannem, & Iacobum iuxta mare Galileæ reficientes retia sua eos vocauit, hic reficere non est de nouo texere, sed reparare, vt notat Glos. interlinear. hic.

Et quod magnopere in casu nostro animaduertendum noto, quod hæc Ecclesia non fuit vetustate collapsa, de qua videtur loqui concilium, sed data opera, vt elegantiori forma reædificetur, quod in ornamentum,

tum,& commodum Ciuitatis redundat,qui autem ſentit commodum debet ſentire incommodum ex regul. Iuris in 6. [*OPPO-*
9 *SITIO. Rationi congruit, vt ſuccedat in onere,qui ſubſtituitur in honore,cap.Rationi de regul.Iur.in 6. vnde vernis,commoda, qui ſen-*
10 *tis,iungas onus æmolumentis,qua de re fabricæ Eccleſiæ onus ad Epiſcopum ſpectat, qui in honore Epiſcopatus ſubſtitutus fuit, eſtatur in ſpecie, Gloſ.in cap.final.in verbo oneribus ff. de*
11 *offic. ordin. in 6. Ratio enim eſt, quia æquum eſt, vt is ſentiat onus impenſarum, qui ſentit commodum fructuum l.ſi pendentes §.ſi gloacarij ff. de vſufruct. teſtatur in terminis, Menoch.conſ.64.nu.33.& ſeq.tom.1. Rob.Maz.*] Cum igitur Ciuitas sẽſiat hoc commodum tale, ac tantum ornamentum, vt eſt noua Eccleſia in elegantiori forma ędificata,quid mirum,ſi hoc onus ſentire dicendum ſit?

At dices adfuit Epiſcopi ad deſtruendum conſenſus, ergo totum onus reædificandi Epiſcopo incumbit;reſpondeo negãdo conſequentiam, nam Epiſcopus, & ſi præbuit ad deſtruendum conſenſum, hoc fecit à Ciuibus importunis præcibus agitatus. [*OP-*
12 *POSITIO. Præces,& ſuaſiones augent po-*

tius, quam minuunt voluntarium, Diana miscell.2. par.2. resolut.50. num.2. fol.mihi 195. R.M.] Præparatis iam tot millibus scutatorum ad dictam fabricam, sibiq. persuadens feruenti desiderio habendi Eccclesiam elegãtiorem Ciuitatem correspõsuram feruentiorem pecuniarum effusionem, si enim Episcopus præsentisset supra dorsum suum totam fabricam derelicturam Ciuitatem, nullo modo talem consensum præbuisset, nam vetus Ecclesia ad diuina officia, ad Sacramenta ministranda, ad denique verbum Dei disseminandum sufficientissima esset. [*OPPOSITIO. Verùm Ecclesia prædicta notoriè minabatur ruinam, & ideò non imme-*
13 *ritò fuit illa per partes diruta, quia melius est ante tempus occurrere, quam post incussa vulnera iam rem dium quærere, l.fin. C.iu quibus caus. restitut. in integr. non est neces. R. M.*] Itaq. posito, quod Episcopus consensit, vt vetus destruatur, & noua ædificetur ad decorem Ciuitatis, quam ad necessitatem sui Pastoralis muneris exercendi, consensus autem cum illa conditione est interpretandus, nam quo verisimiliter consensisse præsumitur, vt latè explicant DD. in materia voti.

Ad id quod dicitur, quod dispositiones dicti Sac. Concil. Trident. cæterorumq. Canonum procedant in Ecclesia, quæ reparatur prout in casu nostro, si quidem non est totaliter, vel funditus euersa, cum remanserint idem solum, eademque pœdamenta, quod probat authoritate Afflicti. Respondetur, Ecclesiam dici pœnitus, & totaliter destructam, quotiescunque tectus, & parietes demoliti sunt, etiam si in eodem solo, & pœdamentis reædificetur, & authoritatibus pro se citatis opponimus. Paludan. in 4. distinct. 20. & Nuñes, quos refert, & sequitur Bart. à Sancto Fausto de Indulg. q. 165. lib. 2. vbi dicit, Ecclesiā dici pœnitus destructam, siue in eodem solo reædificetur, siue in alio solo reædificetur, & diuersam esse à priori, & proinde amittit priuilegium antiquè concessum.

Quare peto à te mi bone Doctor, si Ecclesia est pœnitus destructa, tenetur ne Episcopus ad eius fabricam? tu dicis non teneri, vt patet ex tuis dictis, inferendum ergo nec ad Ecclesiam Episcopus in casu nostro tenetur, cum ex sententia tantorum Doctorum à me citatorum hæc Ecclesia dicenda

ſit pœnitus deſtructa, ergo ſi Epiſcopus ad hanc fabricam ſecundum hos DD. non tenetur, cur amabo te, Epiſcopum condemnas? cur concinnatores mordes? [*OPPOSITIO. Non ego, ſed Sacri Canones Epiſcopos condemnant argumento tex. in cap. Homicidas 23.q.5. R.M.*]

Nec deeſt ratio naturalis pro confirmatione noſtræ opinionis, ſi quidem ſicut ſe habet forma materialis ad compoſitum naturale, ita ſe habet forma artificialis ad compoſitum artificiale, ſed deſtructa forma naturali, etiam ſi in eadem materia ſimili ſpecie forma poneretur, non erit idem numero compoſitum naturale, cum forma ſit, quæ dat eſſe rei, & ad aliam numero entitatem ſequitur alia numero vnitas, quæ eſt indiuiſio à ſe, & diuiſio à quocunque alio, ergo deſtructa forma artificiali, etiam ſi in eodem ſolo, tanquam in eadem materia ſimilis ſpecie forma poneretur, non erit idem natura, & conſequenter non idem numero artefactum, ſed diuerſum, ſi quidem ad diuerſitatem conſtituentium variantur admuſſim
14 conſtituta. [*OPPOSITIO. Cum ſine lege loquimur erubeſcimus l. illam, C. de collat.*

facit,

facit, quod scripsit Bald. cons.97. num.2. lib.4.
15 *vbi asserit, quod non est licitum ex proprio capite ad distinctiones procedere, sed procedendum est per viam sollicitam, nec per tex. legum, si quidem allegationes debent fieri cum auctoritate legis, vel Glos. aut Doctoris; plenè Ias. in d.l. illam num.5. vel auctoritate sacræ Scriptu-*
16 *ræ, vt ait S. Augustinus super Genes. Auctoritas sacræ Scripturæ maior est, quam omnis humani ingenij perspicacitas, vt refert Turrecre-*
17 *mata in cap. Nolit dist. 9. imò doctores sacræ Scripturæ possunt pro decisione causarum allegari. Bald. in auth. ad hæc de vsur. & in Rubr. C. si quis test. probibuerit. R.M.*]

Dices cur Sacri Canones obligāt Episcopum ad reparationem, & non ad Ecclesiæ ædificationem? Respondetur, quia reparatio pauca potest pecunia fieri, ædificatio multas sibi postulat expēsas, cum igitur ex redditibus mensæ Episcopalis sit in primis secundum sui status decentiam cum tota sua familia dictus Episcopus sustentandus, deinde tot pauperes nutriendi, ac in eorum necessitatibus subleuandi, iure Sacri Canones reparationem iusserunt, & non ædificationem, vel maximè, quia sponsa carnalis ritè

fabrè facta ad inhabitandum pro dote ſolet viro tribuere, cuius reparatio poſtea marito incumbit, ita ſponſa ſpiritualis, quæ eſt Eccleſia, ſeu fidelium congregatio.

Ad locum deſumptum ex deciſionibus Rotæ poſſem dicere, has deciſiones non eſſe authenticas. [*OPPOSITIO: Neſcio quo pacto vir iſte frontem amiſit, vt non erubeſcat iſtis me vexare calumnijs. R. M.*] Poſſem item dicere, has deciſiones loqui de reparatione, & non de nouæ Eccleſiæ ædificatione, veteri à Ciuibus deſtructa. tandem dico Farinac. loco ab aduerſario citatum noſtræ cauſæ fauere, ſi quidem, vt ipſe aduerſarius refert Farinac. concludit, Epiſcopum teneri contribuere in fabrica, nota ly contribuere, hoc enim verbum ſonat ſimul tribuere vid. Calepinum, ergo non ſolum Epiſcopo incumbit fabrica, ſed ſaltem illi, & Ciuitati.

18 [*OPPOSITIO. Farinac. loco à me citatus mordicus defendit, ciues non teneri contribuere pro fabrica Eccleſiæ, niſi tamen in defectum Epiſcopi, ſcilicet quatenùs eius vires non ſufficerent. R. M.*] Præfatus Epiſcopus iam adimpleuit onus ſuum; tribuit enim ſcutos quingentos pro fabrica, & iam promiſit, ipſum ſolue-

ſoluere tantam pecuniam pro eadem fabrica, quantum Ciuitas ſolueret, vid. quomodo Doctores à te citati, Epiſcopo, noſtræq. cauſæ fauent.

Probatur tertiò noſtra opinio authoritatibus ab aduerſario adductis pro ſua opinio-
19 ne. [*OPPOSITIO. Sribens iſte valde ſe iactat, licet vituberabilior ſit iactator mendax Ariſt. 4. Ethic. cap. 14. R. M.*] Nam quod attinet ad D. Thom. loco citato 2.2.q.185. artic. 7. quem legi manifeſtiſſimè loquitur de reparatione, ſi quidem citat Canon Quatuor 12. q. 2. [*OPPOSITIO. Et ſi ſacra*
20 *Scriptura mentiri probibeat pro alterius anima, vel vita cap. Super de Vſur. Nauar. in Manuali cap. 18. num. 3. nihilominus Auctor iſte ſalua pace ſua hic mentitus fuit, ex eo quia D. Thom. loco citato tex. in cap. de redditibus, non autem tex. in d. cap. Quatuor citat R. M.*] Qui Canon, vt ſupra oſtenſum eſt de reparatione loquitur, hoc idem dicendum eſt, quoad alios DD. quos Doctor noſter infarcinauit quos ego non vidi, quia non habui.
21 [*OPPOSITIO. Libros multos habere expedit, & qui vult ſcire multa, multum legere debet. Oldrad. conſ. 84. qua de re Ariſt. emit Li-*

bros

22 *bros Platonis, & vir iste vult me redarguere,*
& caret libris, vt ipsemet fatetur, tunc enim
23 *est confusio in aperto, quando quis credit repre-*
hendere, & reprehenditur, quando credit deri-
24 *dere, & deridetur, sicut Proculus, qui voluit re-*
prehendere Labeonem, irrisus est à Celso l. Sed
an vltro §. 1. ff. de neg. gest. R. M.] Sed ex ver-
bis aduersarij colligo, mentem illorum esse,
Episcopum teneri ad fabricam, scilicet ad
reparationem Ecclesiæ, siquidem ipse ait,
quod citati DD. tenent (Ecclesiam habere
intentionem fundatam in Iure) quod eius
redditus debent diuidi in quatuor partes,
cum igitur non afferantur alia Iura, nisi ci-
tata, vbi vt vidimus de reparatione Eccle-
siæ deponunt, sequitur citatos ab aduersario
DD. de templi restauratione esse locutos.

Probatur quartò nostra opinio illo eodem
argumēto, quod noster aduersarius desum-
psit ex sponsalitio, quod contraxit Episco-
pus cum alia sua Ecclesia, & primo vehe-
menter admiror. [*OPPOSITIO. Admi-*
25 *ratio prouenit ex ignorantia admirantis secū-*
dum Arist. 1. Metaph. R. M.] Quomodò Do-
ctor noster tam in Iuribus, & Canonibus
versatus non dum sciuerit, Episcopum non
con-

contrahere sponsalitium cum Ecclesia materiali, quæ ex parietibus, solo, & tecto conflatur. [*OPPOSITIO. Episcopum contraxisse matrimonium cum Ecclesia materiali,* 26
quis vnquam hoc somniauit? Si enim verba mea per hunc virum non fuerunt intellecta, non est culpa mea, benè verum est, quod Federic. de Senis conf. 146. num. 6. t net, Episcopum esse 27
sponsum Ecclesiæ Cathedralis, & aliarum Ecclesiarum esse caput per modum Iurisdictionis. R.M.] Sed cum Ecclesia spirituali, quæ est fidelium congregatio infra limites suæ diœcesis commorantium, alioquin Papæ antiqui, qui ob persecutiones Templis, & Oratorijs carebant vidui extiterunt, & non sponsi, Ecclesiæ, & si modo Ecclesia materialis, quod absit aliquo infortunio pœnitus rueret remanentibus fidelibus, Episcopus viduus esset, & non sponsus, quod quàm sit puerile dictum nemo est, qui non videat, cum igitur ex hactenus dictis clarè pateat, sponsam Episcopi non esse Ecclesiam materialem, sed fidelium cōgregationem, probo nunc nostram positionem. Tenebatur Episcopus per aduersarium alere spōsam suam, sed eius sponsa non est Ecclesia materialis, sed

ſed ſpiritualis,ſcilicet congregatio fidelium, ergo hos tenetur Epiſcopus alere, & inducere,cui oneri, quomodò ſatisfacit Epiſcopus noſter nemo eſt, qui non nouit, niſi is, qui oculos habet, & non videt, aures habet, & non audit.

28 Et valde miror, quod tam illuminatus Doctor hic allucinatus ſit. [*OPPOSITIO. Vitio,quo ipſe peccat,alios inculpare prætendit, quod non eſt mirum, quia ſecundum Tullium*
29 *in ſuis Paradoxis homines multi, vt plurimum credunt, & exiſtimant omnes eſſe ſibi ſimiles. R.M.*] Si quidem arguens à ſponſalitio carnale ad ſpirituale,infert inter cætera, quod Epiſcopus tenetur fabricare Eccleſiã, Si Eccleſia materialis per te eſt ſponſa Epiſcopi,quomodò tenetur eam fabricare,quis vnquam ſuam ſponſam fabricauit, & cum ab aduerſario valeat argumentatio à ſponſalitio carnali ad ſpirituale,probo ſic denuò noſtram opinionem, ſicut ſponſus carnalis imprudenter ageret, ſi dans operam ædificandæ domus etiam pro ſua ſponſam illam ſineret nudam progredi, & fame interimi, ita, & Epiſcopus, vt imprudens ſe gereret, & contra charitatem nimis ageret, ſi relin-

quen-

quendo in nuditate, & in fame sponsam suam pecuniam ad Ecclesiam materialem ædificandam essunderet, qua de re motus S. Ambros. relatus in cap. Aurum 12. q. 2. dicit pro pauperum necessitatibus etiam sacra vasa conflanda. [*OPPOSITIO. Nec*
30 *non pro templo ædificando sacra vasa conflanda sunt subdit D. Ambros. in d. cap. Aurum relatus. R. M.*] Nec enim Episcopus propter aliud parcit sumptui, quem Doctor noster vellet effundere in Ecclesiæ fabricam, nisi vt habeat, vnde alere, & vestire pauperes possit.

Ad id quod dicitur, quod si Ecclesia non indiget fabrica seruatur pro futura fabrica, vel ematur aliqua res stabilis ex c. Vobis 12. q. 2. respondetur, canonem præcipere hoc ad reparationem Ecclesiæ, & non ædificationem, vt notat Glos. ibi, & intelligi debet huiusmodi dispositio, quod debeat fieri huiusmodi reseruatio pro reparatione fabricæ futuræ, dum modo non adsint aliæ necessitates, quibus subueniendum est, vnde subtexuit tex. aut certè ematur possessio, quæ vtilitates respiciunt communes, ex quibus verbis clarè infertur, quod si adsint necessi-

tates,

tates, vt est alere pauperes, redimere captiuos si iniustũ esset, vel reseruare pecuniam pro futura fabrica, vel possessionem emere pro communibus vtilitatibus, vnde c. Aurum 12. q.2. dicitur, quod etiam sacra vasa conflanda sunt ad alendos pauperes, & captiuos redimendos, & relinquendi sunt ornatus templi, quomodo igitur quarta fabricæ seruanda est pro fabrica futura relictis pauperibus in suis necessitatibus. [*OPPOSITIO. Pauperes iam habent quartam partem redditũum Episcopatus præter redditus sacri Hospitalis, & Venerabilis Montis Pietatis, ex quibus congruè se alere possint, ac maximè hoc procedit, quod, vt ipsemet infra fatetur, Populum de quo agitur esse diuitem. R.M.*]

Et dato tandem nostro Doctori ad præmiandum tantum laborem, quod iura ab ipso allegata cogunt Episcopos ad nouæ Ecclesiæ ædificationẽ, dico tamen in hac materia spectandam esse locorum consuetudinem, qua inspecta, nemo Episcopum condemnat, omnes enim loci oppida, & villæ huius Regni, & fortasse in tota Ecclesia non solum templa de nouo ædificant, sed etiam reparant expensis Populorum. [*OPPOSITIO.*

T 10. Nota benignè Lector manifestum, & palpabile dictũ contra morem, dum asserere audet, quod in toto Regno, & fortassè in tota Ecclesia, templa ædificari de nouo, & reparari Populorum expensis, nullo habito respectu, quod mensibus elapsis Ecclesia Cathedralis Tarentina, quæ restauratione indigebat ob incendium secutum, non expensis Populi, sed tantum sui Archiepiscopi statim restaurata fuit. & Illu-
31 *strissimus, & Reuerendissimus Ecclesiæ Puteolanæ Episcopus dignissimus Fr. Martinus de Leon de Cardines vir omnigena æruditione, ac virtute clarissimus statim accepto Pastorali munere cogitauit de ædificatione, seu restauratione suæ Ecclesiæ Cathedralis, quæ suis, non autem Populi expensis cum maximo feruore actualiter reficitur, præfatus verò Illustrissimus Episcopus vir singulari pietate, ac doctrina*
32 *præditus Salomonem Regem imitatus fuit, si quidem habetur 3. Regum cap. 5. quod Salomon accepto Regno primo cogitauit de ędificando templo Dei. R.M.*] Et cum talis consuetudo vigeat, Populus tenetur, & non Episcopus. Audi mi bonè Doctor Siluestr. in verbo Ecclesia 2. §. 4. loquentem de reparatione Ecclesiæ, alicubi etiam hoc laici faciunt suis

cx-

ſit pœnitus deſtructa, ergo ſi Epiſcopus ad hanc fabricam ſecundum hos DD. non tenetur, cur amabo te, Epiſcopum condemnas? cur concinnatores mordes? [*OPPOSITIO. Non ego, ſed Sacri Canones Epiſcopos condemnant argumento tex. in cap. Homicidas 23.q.5. R.M.*]

Nec deeſt ratio naturalis pro confirmatione noſtræ opinionis, ſi quidem ſicut ſe habet forma materialis ad compoſitum naturale, ita ſe habet forma artificialis ad compoſitum artificiale, ſed deſtructa forma naturali, etiam ſi in eadem materia ſimili ſpecie forma poneretur, non erit idem numero compoſitum naturale, cum forma ſit, quæ dat eſſe rei, & ad aliam numero entitatem ſequitur alia numero vnitas, quæ eſt indiuiſio à ſe, & diuiſio à quocunque alio, ergo deſtructa forma artificiali, etiam ſi in eodem ſolo, tanquam in eadem materia ſimilis ſpecie forma poneretur, non erit idem natura, & conſequenter non idem numero artefactum, ſed diuerſum, ſi quidem ad diuerſitatem conſtituentium variantur admuſſim
14 conſtituta. [*OPPOSITIO. Cum ſine lege loquimur erubeſcimus l. illam, C. de collat.*

facit,

facit, quod ſcripſit Bald. conſ.97. num.2. lib.4.
15 *vbi aſſerit, quod non eſt licitum ex proprio capite ad diſtinctiones procedere, ſed procedendum eſt per viam ſollicitam, nec per tex. legum, ſiquidem allegationes debent fieri cum auctoritate legis, vel Gloſ. aut Doctoris; plenè Iaſ. in d.l. illam num.5. vel auctoritate ſacræ Scriptu-*
16 *ræ, vt ait S. Auguſtinus ſuper Geneſ. Auctoritas ſacræ Scripturæ maior eſt, quam omnis humani ingenij perſpicacitas, vt refert Turrecre-*
17 *mata in cap. Nolit diſt. 9. imò doctores ſacræ Scripturæ poßunt pro deciſione cauſarum allegari. Bald. in auth. ad hæc de vſur. & in Rubr. C. ſi quis teſt. probibuerit. R.M.]*

Dices cur Sacri Canones obligãt Epiſcopum ad reparationem, & non ad Eccleſiæ ædificationem? Reſpondetur, quia reparatio pauca poteſt pecunia fieri, ædificatio multas ſibi poſtulat expẽſas, cum igitur ex redditibus menſæ Epiſcopalis ſit in primis ſecundum ſui ſtatus decentiam cum tota ſua familia dictus Epiſcopus ſuſtentandus, deinde tot pauperes nutriendi, ac in eorum neceſſitatibus ſubleuandi, iure Sacri Canones reparationem iuſſerunt, & non ædificationem, vel maximè, quia ſponſa carnalis ritè

fabrè facta ad inhabitandum pro dote solet viro tribuere, cuius reparatio postea marito incumbit, ita sponsa spiritualis, quæ est Ecclesia, seu fidelium congregatio.

Ad locum desumptum ex decisionibus Rotæ possem dicere, has decisiones non esse authenticas. [*OPPOSITIO: Nescio quo pacto vir iste frontem amisit, vt non erubescat istis me vexare calumnijs. R.M.*] Possem item dicere, has decisiones loqui de reparatione, & non de nouæ Ecclesiæ ædificatione, veteri à Ciuibus destructa. tandem dico Farinac. loco ab aduersario citatum nostræ causæ fauere, si quidem, vt ipse aduersarius refert Farinac. concludit, Episcopum teneri contribuere in fabrica, nota ly contribuere, hoc enim verbum sonat simul tribuere vid. Calepinum, ergo non solum Episcopo incumbit fabrica, sed saltem illi, & Ciuitati.
18 [*OPPOSITIO. Farinac. loco à me citatus mordicus defendit, ciues non teneri contribuere pro fabrica Ecclesiæ, nisi tamen in defectum Episcopi, scilicet quatenùs eius vires non sufficerent. R.M.*] Præfatus Episcopus iam adimpleuit onus suum; tribuit enim scutos quingentos pro fabrica, & iam promisit, ipsum solue-

ſoluere tantam pecuniam pro eadem fabrica, quantum Ciuitas ſolueret, vid. quomodo Doctores à te citati, Epiſcopo, noſtræq; cauſæ fauent.

Probatur tertiò noſtra opinio authoritatibus ab aduerſario adductis pro ſua opinio-
19 ne. [*OPPOSITIO. Sribens iste valde ſe iactat, licet vituberabilior ſit iactator mendax Arist. 4. Ethic. cap. 14. R. M.*] Nam quod attinet ad D. Thom. loco citato 2. 2. q. 185. artic. 7. quem legi manifeſtiſſimè loquitur de reparatione, ſi quidem citat Canon Quatuor 12. q. 2. [*OPPOSITIO. Et ſi ſacra*
20 *Scriptura mentiri probibeat pro alterius anima, vel vita cap. Super de Vſur. Nauar. in Manuali cap. 18. num. 3. nihilominus Auctor iste ſalua pace ſua hic mentitus fuit, ex eo quia D. Thom. loco citato tex. in cap. de redditibus, non autem tex. in d. cap. Quatuor citat R. M.*] Qui Canon, vt ſupra oſtenſum eſt de reparatione loquitur, hoc idem dicendum eſt, quoad alios DD. quos Doctor noſter infarcinauit quos ego non vidi, quia non habui.
21 [*OPPOSITIO. Libros multos habere expedit, & qui vult ſcire multa, multum legere debet. Oldrad. conſ. 84. qua de re Arist. emit Li-*

bros

22 *bros Platonis, & vir iſte vult me redarguere,*
& caret libris, vt ipſemet ſatetur, tunc enim
23 *eſt confuſio in aperto, quando quis credit repre-*
hendere, & reprehenditur, quando credit deri-
24 *dere, & deridetur, ſicut Proculus, qui voluit re-*
prehendere Labeonem, irriſus eſt à Celſo l. Sed
an vltro §. 1. ff. de neg. geſt. R. M.] Sed ex verbis aduerſarij colligo, mentem illorum eſſe, Epiſcopum teneri ad fabricam, ſcilicet ad reparationem Eccleſiæ, ſiquidem ipſe ait, quod citati DD. tenent (Eccleſiam habere intentionem fundatam in Iure) quod eius redditus debent diuidi in quatuor partes, cum igitur non afferantur alia Iura, niſi citata, vbi vt vidimus de reparatione Eccleſiæ deponunt, ſequitur citatos ab aduerſario DD. de templi reſtauratione eſſe locutos.

Probatur quartò noſtra opinio illo eodem argumẽto, quod noſter aduerſarius deſumpſit ex ſponſalitio, quod contraxit Epiſcopus cum alia ſua Eccleſia, & primo vehementer admiror. [*OPPOSITIO. Admi-*
25 *ratio prouenit ex ignorantia* [illegible] *ſecũ-*
dum Ariſt. 1. Met [illegible]
ctor noſte [illegible]
verſatu [illegible]

contrahere sponsalitium cum Ecclesia materiali, quæ ex parietibus, solo, & tecto conflatur. [*OPPOSITIO. Episcopum contra-*
26 *xisse matrimonium cum Ecclesia materiali, quis vnquam hoc somniauit? Si enim verba mea per hunc virum non fuerunt intellecta, non est culpa mea, benè verum est, quod Federic. de*
27 *Senis cons. 146. num. 6. t net, Episcopum esse sponsum Ecclesiæ Cathedralis, & aliarum Ecclesiarum esse caput per modum Iurisdictionis. R.M.*] Sed cum Ecclesia spirituali, quæ est fidelium congregatio infra limites suæ diœcesis commorantium, alioquin Papæ antiqui, qui ob persecutiones Templis, & Oratorijs carebant vidui extiterunt, & non sponsi, Ecclesiæ, & si modo Ecclesia materialis, quod absit aliquo infortunio pœnitus rueret remanentibus fidelibus, Episcopus viduus esset, & non sponsus, quod quam sit puerile dictum nemo est, qui non videat, cum igitur ex hactenus dictis clarè pateat, sponsam Episcopi non esse Ecclesiam materialem, sed fidelium cõgregationem, probo nunc nostram positionem. Tenebatur Epi- [illegible] aduersarium alere spõsam suam, [illegible] a non est Ecclesia materialis,

sed

ſed ſpiritualis,ſcilicet congregatio fidelium, ergo hos tenetur Epiſcopus alere, & induere,cui oneri, quomodò ſatisfacit Epiſcopus noſter nemo eſt, qui non nouit, niſi is, qui oculos habet, & non videt, aures habet, & non audit.

28 Et valde miror, quod tam illuminatus Doctor hic allucinatus ſit. [*OPPOSITIO. Vitio,quo ipſe peccat,alios inculpare prætendit, quod non eſt mirum, quia ſecundum Tullium*
29 *in ſuis Paradoxis homines multi, vt plurimum credunt, & exiſtimant omnes eſſe ſibi ſimiles. R.M.*] Si quidem arguens à ſponſalitiò carnale ad ſpirituale,infert inter cætera, quod Epiſcopus tenetur fabricare Eccleſiã, Si Eccleſia materialis per te eſt ſponſa Epiſcopi,quomodò tenetur eam fabricare,quis vnquam ſuam ſponſam fabricauit, & cum ab aduerſario valeat argumentatio à ſponſalitio carnali ad ſpirituale,probo ſic denuò noſtram opinionem, ſicut ſponſus carnalis imprudenter ageret, ſi dans operam ædificandæ domus etiam pro ſua ſponſam illam ſineret nudam progredi, & fame interimi, ita, & Epiſcopus, vt imprudens ſe gereret, & contra charitatem nimis ageret, ſi relin-

quen-

quendo in nuditate, & in fame sponsam suam pecuniam ad Ecclesiam materialem ædificandam effunderet, qua de re motus S. Ambros. relatus in cap. Aurum 12. q. 2. dicit pro pauperum necessitatibus etiam sacra vasa conflanda. [*O P P O S I T I O. Nec*
30 *non pro templo ædificando sacra vasa conflanda sunt subdit D. Ambros. in d. cap. Aurum relatus. R. M.*] Nec enim Episcopus propter aliud parcit sumptui, quem Doctor noster vellet effundere in Ecclesiæ fabricam, nisi vt habeat, vnde alere, & vestire pauperes possit.

Ad id quod dicitur, quod si Ecclesia non indiget fabrica seruatur pro futura fabrica, vel ematur aliqua res stabilis ex c. Vobis 12. q. 2. respondetur, canonem præcipere hoc ad reparationem Ecclesiæ, & non ædificeationem, vt notat Glos. ibi, & intelligi debet huiusmodi dispositio, quod debeat fieri huiusmodi reseruatio pro reparatione fabricæ futuræ, dum modo non adsint aliæ necessitates, quibus subueniendum est, vnde subtexuit tex. aut certè ematur possessio, quæ vtilitates respiciunt communes, ex quibus verbis clarè infertur, quod si adsint necessi-

tates,

TIO. Nota benignè Lector manifestum, & palpabile dictũ contra morem, dum asserere audet, quod in toto Regno, & fortassè in tota Ecclesia, templa ædificari de nouo, & reparari Populorum expensis, nullo habito respectu, quod mensibus elapsis Ecclesia Cathedralis Tarentina, quæ restauratione indigebat ob incendium secutum, non expensis Populi, sed tantum sui Archiepiscopi statim restaurata fuit. & Illu-
31 *strissimus, & Reuerendissimus Ecclesiæ Puteolanæ Episcopus dignissimus Fr. Martinus de Leon de Cardines vir omnigena æruditione, ac virtute clarissimus statim accepto Pastorali munere cogitauit de ædificatione, seu restauratione suæ Ecclesiæ Cathedralis, quæ suis, non autem Populi expensis cum maximo feruore actualiter reficitur, præfatus verò Illustrissimus Episcopus vir singulari pietate, ac doctrina*
32 *præditus Salomonem Regem imitatus fuit, si quidem habetur 3. Regum cap. 5. quod Salomon accepto Regno primo cogitauit de ędificando templo Dei. R.M.*] Et cum talis consuetudo vigeat, Populus tenetur, & non Episcopus. Audi mi bonè Doctor Siluestr. in verbo Ecclesia 2. §. 4. loquentem de reparatione Ecclesiæ, alicubi etiam hoc laici faciunt suis

ex-

expensis, vbi est consuetudo tenentur, cum ibi percipiant Sacramenta, & audiant diuina, & compellendi sunt talem consuetudinem seruare hęc Siluest. qui licet in fine §. limitet dictum suum dicens, nisi Populus egeret, & Ecclesia abundaret, hæc limitatio nobis non refragatur, nam licet hæc Ciuitas in publico ærario aliquantisper indigeat, Populus enim diues est, cum nimis sit industriosus, & quamuis Ecclesia de qua agitur aliquibus abundare videatur deductis expensis, quæ in sustentationem dignitatis Episcopalis secundum suam decētiam consumendæ sunt, deductisq. eleemosynis, quæ in dies distribuuntur, parum, aut nihil remaneret de pæculio mēsæ Episcopalis, & tamen sunt emenda paramenta, & vasa Ecclesiastica, & nimis Episcopus parcus existeret tam erga se, quàm erga suam familiam in omnibus tam ad victū, quàm ad decens vestimentum pertinentibus, omnes huius Ecclesiæ redditus à sua familia abstruerentur, vt nihil pro pauperibus remaneret, parce igitur rebus suis potius volensi sibi, suæque familiæ deesse, quam pauperibus denegare, vide prætere a S. Antonium 3. par. tit. 12. §. 1. cap. 14.

idem,

idem, quod Siluest. opinantem, & obserua, quod hi classici Doctores magis versati in Sacris Canonibus, quam Doctor iste, quando agunt de ædificatione Ecclesiæ solum dicunt non posse ædificari sine licētia Episcopi, nullus autem dixit, Episcopum ad ædificationem teneri, quod clarè iudicat apud DD. manifestum esse, Episcopum non esse obligatum ad templi ædificationem, sed ad restaurationem tantum. [*OPPOSITIO. Re vera vir iste solum studuit titulo de iuris, & facti ignorantiæ, cum Sacri Canones expres-*
33 *sè mandent, Episcopum cogi posse, vt de omnibus redditibus Ecclesiæ nouam Ecclesiam ædificent deducto prius, ne Episcopus egeat, vt in tertia parte principali demostrabo. R.M.*]

Quod pertinet ad Argumentum desumptum ab aduersario à sponsalitio carnali noto, quod Doctor noster ostendit se parum, aut nihil callere artem dialecticam, quod sic ostendo, nam ipse primo supposuit, & probauit, sponsum carnalem teneri alere, & induere vxorem, denique supposuit, & probauit, validum esse argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, & sic ad mentem ipsius formatur argumētum, sicut spon-

ſus tenetur alere, & induere ſponſam, ita Epiſcopus tenetur alere, & fabricare ſponſam, verum eſſet optima illatio, ſed ridiculum antecedens, quis enim ſine riſu dixerit, ſponſum carnalem teneri fabricare ſponſam ſuam.

Verũ igitur ex his mi bonè Doctor, quam crudelem, & ſine ratione contra Paſtorem te oſtendiſti, nam ad lethalem culpam, & ad inferni pœnas cõdemnas nullo ſuffulto fundamento, & quam durum contra concinnatorem vocas opinionem ſuam erroneam, quæ Sacris Canonibus, & conſuetudini tantum eſt conſona, vt ſupra probatum eſt, ne iraſcaris quæſo. [*OPPOSITIO. Non iraſcor, cum inſipientis ſit iraſci in quibus non oportet Ariſtot. 4. Ethic. cap. 9. R. M.*] Contra diſcipulum concinnatoris, ſi te duruſculis quibuſdam verbis petiuit reducens in tuam memoriam adagium illud, qui dicit, quod non debet, audit, quod non vellet. [*OPPOSITIO. Si præfato Theologo veritatem in prima parte principali contentam à me probari placebat, debuerat ille primò abſtinere à non veris, nec illa tam conſtanter, & cum tantò opprobrio tanquam conſpicuam veritatem*

in

in faciem obijcere, nam, & si in loco tacere veritatem prudentiæ sit, non vera tamen proloqui perniciosum est. & tandem pro coronide, aduersùs meum cōuitiatorem infrascriptos versus adduco, quos scripsit Glianes in Summa de censur. & irregular. in verbo Prædicator.

Omnibus tenemini vestris prædicare,
Si quid, quibus, qualiter, quando, & quare
Debetis sollicitè piè considerare,
Ne quis in officio dicat vos errare.

Et hæc ad laudem Dei quoad proposita tumultuariè considerasse satis sit, nam si quæ supersunt, alia suis locis pro mea paruula industria subijcientur.

Secundæ Partis finis.



3 Saltem ſcire debebat præfatus Theologus, quod melius eſt paucos pſalmos decantare laudabiliter, quam totum pſalterium decantare cum anxietate, cap. non mediocriter de conſecrat. diſt. 5. quam diſpoſitionem ſi ſciuiſſet, vtique ille eiuſmodi verboſas reſponſiones ſic abſque vllo fructu non confarcinaſſet.

Hic igitur te appello ſtudioſe Lector, nunquid huius viri ſcripta in 2. part. tranſcripta ſint digna confutatione? Quæ per ſe patent non vera: equidem, cum eiuſmodi calumniosas reſpōſiones legerem, ac ſanè perſpicerem hunc diſceptatorem paſſim temerè pronunciantem, nec mea capientem, & tam multa inculcãtem fruſtra, fuit mihi animus nihil reſpondere, cum ipſamet, quę ſcripſi, ſi rectè conſiderentur, reſpondeant.

4 Verum quia ſilentium, vt plurimũ nocere ſolet, multoſq. ſilẽtia damnãt, iuxta illud,

Nam ſiluiſſe nocet, multoſq. ſilẽtia damnãt.

Facit dictum Iſaiæ 6. vbi legitur, ve mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum: 5 tantò magis, quod ſcriptum eſt, eſſe reſpondendum ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

Idcircò pro effectuali destructione, seu potius suarum responsionum annihilatione,& ne locus vllus, vel cauillandi,vel effugiendi ipsi relinquatur, infrascripta ducere non dedignatus sum . tantò fortius, quod idem vir in eadem obstinatione persistens, iterum in Ecclesia, & in publico dicere ausus fuit,Episcopum obligatum non esse de redditibus sui Episcopatus suam Ecclesiam Cathedralem in terram prostratā fabricare.

Imò vir iste meis allegationibus in dicto Speculo contentis satis,& abundè se respondisse tanquam gloriosus Traso se iactauit. Quamobrem ad singula ipsius argumenta deueniendo ipsius Ecclesiæ nomine respondeo,vt in me verificetur, quod scriptum est Eccles. 24.qui elucidant me vitam æternam
6 habebunt; Ecclesiæ enim defensionem potest quilibet suscipere, & pro ea comparere Farinac.decis.posthuma 94.nu.4.par.1.

Et vt ab initio exordiar, dico primo, præ-
7 fatum virum incidisse in laberinthum, cum explorati Iuris sit, quod qui loquitur, antequam intellexerit in laberinthum incidit, cap.Sciendum 29. dist. At iste in suis scriptis gratis asseruit, me in prænarratis allegationibus

nibus examinasse, an Episcopus suam Ecclesiam suis sumptibus ædificare teneatur, quod cum inibi non dixi, nec dicere cogitaui, idcircò dictus Theologus antequã intellexerit, locutus fuit, & sic in laberinthum incidit.

Ad quid quæsò huiusmodi quæstionem examinare, si illa non faciebat ad rem, considerato facti themate, quod est, vt sequitur.

Ecclesia quædam Cathedralis, cum esset valde antiqua, præter deformitatem ruinam minabatur, prout etiam, & ex abundãti expertes, & periti in arte mihi manife-
8 starunt, quibus standum est, l. septimo mense, ff. de Natur. hominum. Rom. 255. num. 4. licet de credulitate deponerent. Ioannes de Amicis cons. 102. nu. 13. qua de re doctissimus Dominus Doctor Physicus, & Excellentissimus Medicus Ioannes Iacobus Lazzari prædictam deformitatem considerans, atque notoriam ruinam minantem perpendens ducatos sex mille pro dictę Ecclesiæ fabrica in suo vltimo testamẽto in ann. 1629. condito reliquit. Deinde cum fuisset Ecclesia prædicta statim paulatim per partes collapsa de consensu, & licentia eiusdem sui

Episcopi, prout apparet ex actu publico rogato manu egregij Notarij Ioannis Sguræ in dicto anno 1629.& relicto integro choro, & facie nauis ipsius Ecclesiæ cum Altare maiori, & Cymitherio nihil pœnitus immutata; fuit maior pars illius de dictis scutis sex millibus restaurata:& existēte dicta Ecclesia in dicto statu fuit interpellatus dictus suus Episcopus, vt saltem quartam partem de redditibus sui Episcopatus conferret,& allegando, se non esse obligatum patrocinante præfato viro, idcircò in dictis meis allegationibus tantum examinaui, an Episcopus quartam partem de redditibus sui Episcopatus fabricæ prædictæ necessitati conferre teneatur.

9 Et cum scriptum sit Eccles.cap.5. si est tibi intellectus respōde proximo,& vt ait Cicero in libro de officijs, homines hominum

10 causa fuisse generatos, vt ipsimet alijs prodesse possint, facit tex. in l.seruus ff.de seru. asportand. idcircò quæsito per dictum virum mihi facto libenter respondeo.

Scire itaque à me cupit Theologus, si Ecclesia est pœnitus destructa tenetur ne Episcopus ad eius fabricam?

11 Pro

11 Pro cuius quæsiti dilucidatione notandum est, quod redditus Episcopales, aut sunt tenues, ita quod non sufficerent pro subsi-
12 dio Episcopi; tunc enim Episcopus habet redditus, sic exiles, quando non sufficiunt ad commodam sustentationem, Glos. in c. 2. il 2. de elect. per tex. in cap. Postulasti, cum Glos. de rescriptis.

Aut verò sunt medioeres, ita quod sufficiant, & parum abundant.

Aut sunt abundantes notabiliter supra id, quod necessarium est ad sustentationem Episcopi.

13 Si primo, aut secundo modo se habent, cum constet, quod principaliter ordinantur ad Episcopi sustentationem, idem videtur de redditibus istis iudicium, quod de præbendis Clericorum, ita, quod parum superabundat, pro nihilo æquiparatur, ideò iura de distributione in tot reliquas partes, scilicet pauperum, & fabricæ non videntur habere locum in istis, & propterea non obligant tales Episcopos ad huiusmodi distributionem.

Si autem redditus sunt pingues, & abundantes, ita vt in sapientis animum cadere non possit, quod sint Episcopis assignati pro

eius ſuſtentatione, tunc tenetur Epiſcopus duas quartas ad minus diſtribuere in pauperes,& Eccleſiæ fabricas; hæc Caietan. ad D.Thom.2.2.q.185.art.7.

14 Ex quibus concluditur, quod ſi Epiſcopus redditus haberet abundantes, tenetur Epiſcopus ad fabricam Eccleſiæ, licet ſit pœnitus deſtructa ſaltem quartam partem de redditibus Eccleſiæ cōferre, ita videtur ſentire Caietan.in d.art.7.

SEQVITVR CONFVTATIO *fundamentorum partis aduerſæ.*

PRimo enim loco putauit Theologus, Epiſcopum teneri non ad ædificationem, ſed tantum ad Eccleſiæ reparationem, & ad hoc probandum ducit eoſdem Canones à me citatos, & præſertim tex. in cap. Quatuor 22.q.2.

In primis dico, præfatum virum valdè deceptum, ex quo Canonis verbum emendatum, & correctum allegauit, licet explorati

15 Iuris ſit, allegantem iura emendata in pœnam falſi incidere. Aretin.in §.in perſonam Inſtitut.de Æton. vbi Iaſon.

Præ-

Præfatum verò Theologum verbum Canonis emẽdatum allegasse patet, ex eo, quia in Decreto Gratiani emendato in an. 1591. ædito hæc formalia verba leguntur. Gregor. Papa XIII. Vniuersis Christi fidelibus salutem. Emendationem decretorum, locorumque à Gratiano Collectorum, erat enim is liber mendis, & testimoniorum deprauationibus plenissimus (& paulò post) igitur, vt quæ emẽdata, & reposita sint omnia, quàm diligentissimè retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut diminuatur. & licet in Decreto Gratiani antiquitùs ædito aderãt verba illa (restaurandis ædificijs, &c.) tandem fuerunt emendata, & deleta, vt videre est in d. cap. Quatuor in d. Decreto in anno 1591. ædito. dum ibi verbum prædictum *Restaurandis* scriptum non reperiatur, quod mi-
16 rum esse non debet, quia in multis libris impressis aliquando ponitur in eis aliquod superfluum, & aliquãdo aliquid diminutum, vt sæpè numero videmus, maximè in prima impressione dicti Decreti, & etiam in feudis, & in alijs, vt ait Glos. in Proœm. Regulæ Cancellariæ, igitur ex ijs satis patet, Canonis verbum emendatum ipsum Theolo-

logum allegasse, & sic in magnum errorem incidisse.

Vltra quod, quatenùs verbum dicti Canonis deletum non fuisset, conclusioni nostræ nequaquam obsiceret, tum quia
17 non est nouum in Iure post verbum generale ponere aliud speciale comprehensum sub præcedenti generali, vt in Rubr. C. de seruit. & aqua annotar. Glos. & Bald. adducentes illud simile Saluatoris nostri, dum dixit, dicite discipulis, & Petro. Tum etiam,
18 quia Canon prædictus verbis taxatiuis non vtitur, vt verba operari possint negatiuam ad non expressa Ancar. cons. 77. nu. 4. & 5. dictio enim taxatiua non subintelligitur in dispositione, vel in sermone simpliciter prolato Oldr. cons. 187. & cons. 228. nu. 6. Vltra quod quatenùs citra veri præiudiciũ textus prædicti dispositio procederet respectu Ecclesiæ reparationis tantum, tamen hoc nequaquam obsicit, ex eo quia iam remanent alij quatuor Canones, scilicet cap. Vobis, cap. de Redditibus, cap. Concesso, & cap. Vlteranæ expresse disponentes quartam redituum Episcopatus esse per Episcopum fabricæ Ecclesiæ conferendam.

19 At

19 At clarum est in Iure, quod generalis dispositio generaliter debet intelligi, quia generalis locutio, nihil relinquit intactum, & omnia includuntur sub verbo generali, l. 1. §. Quod autem, ff. de Alcat. l. pretio, ff. de pu-
20 blic. Crau. cons. 133. num. 5. imò verba indefinitè prolata generaliter sunt intelligenda, cap. Quod si dormierit 31. q. 1. & ea, quæ continentur sub genere habētur, ac si essent specialiter d. l. Si quando, ff. de legat. 1. l. Si chorus, ff. de legat. 30. Afflict. decis. 44. n. 12.
21 & seq. & genus dicens censetur dixisse omnes eius species. Farinac. cons. 45. nu. 35.

Igitur Canones prænarrati mandantes, quartam de redditibus Ecclesiæ esse per Episcopum fabricæ Ecclesiæ conferendam sunt omnino intelligēdi, vt etiam procedant re-
22 spectu specierum fabricæ, cuius species sunt reparatio, & nouæ Ecclesiæ ædificatio, quod ex infrascriptis patet.

Tum quia sicut valet dicere est homo, ergo est animal, quod est genus hominis, & non è conuerso, quia potest esse Leo ita valet dicere est noua ædificatio, ergo est fabrica, & non è conuerso, quia potest esse restauratio, & cum hæc ad sensum pateant non

23 non indigemus legibus, ex eo quia docet Aristot. quod quærere leges, vbi patet ratio naturalis, est quædam infirmitas intellectus, Gomes variar. resolut. tit. de indiu. num. 1. in medio tom. 2. ergo sicut homo est species animalis, ita noua ædificatio est species fabricæ.

24 Tum etiam, quia posita specie ponitur genus, l. inter agnatos, ff. vn. legat. l. si quid earum, §. inter emptum, ff. de legat. 3. & remoto genere, remouetur, & species, l. fundi, §. fin. ff. de fund. instruct. Ioan. Fab. Instit. in princip. num. 50. Atqui posita noua ædificatione ponitur fabrica, qua remota remouetur, & noua ædificatio, ergo fabrica est genus, & noua ædificatio est ipsius fabricę species, & per consequens Canones mandantes, Episcopum teneri conferre fabricæ Ecclesiæ quartam partem de suis redditibus omnino, & absque vllo scrupulo sunt illi in-

25 telligendi, ne dum quando Ecclesia reparatur, sed etiam quoties Ecclesia de nouo ædificatur, dum genus dicens censetur dixisse omnes eius species, & quæ continentur sub genere habentur, ac si essent specialiter dicta, vt paulò ante ostendimus.

Quæ

Quæ opinio indubitata corroboratur primo ex eo, quia adeò verissimum est,& irrefragabile, Episcopum teneri conferre saltem quartam partem de redditibus sui Episco-
26 patus nouæ ædificationi Ecclesię, quod si dicta quarta non sufficeret, compelli potest Episcopus, vt de redditibus, quæ supersunt teneatur conferre ad constructionem nouæ Ecclesiæ; ad hoc enim probandum ducor, tex.singul.in cap.de ijs de Eccles.ædificand. cuius verba formalia infrascripta sunt.

27 De his,qui Parochiales Ecclesias habent, duximus respondendum, quod ad reparationem, & institutionem Ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis supersint, conferre, vt eorum exemplo cœteri inuitentur. Ex quo tex. & rubrica illius tituli constat idem esse, quando Ecclesia de nouo fieri debet, ita tenet Innocentius Papa, ibi per verbum illud (institutionem)quem ducit,& sequitur Abb. in d. cap. de ijs nu.3. testatur in specie Guttieres allegat.10.num.1. facit quod scripsit Episcopus Clugiensis in suo Opusculo de Episcoporum residentia ibi (sed cum necesse fuerit sito pro viribus reparanda, & si expedit,

28 pedit,& alia construenda.) Sed & illud hic etiam duximus memorandum, quod licet tex.in d.cap. de his loquatur de Rectoribus habentibus Ecclesias parochiales, idem est dicendum de habentibus alias Ecclesias, vel inferiora beneficia, quia omnes tenentur contribuere. Abb.in d.cap.de his nu.3.Guttieres in d. allegat. 10. vbi subdit his verbis. *Que la Yglesia se ha de reparar por el Prelado, y Clerigo de la renta, que es de la Yglesia, y no bastando la dicha renta, el beneficiado de la tal Yglesia es obligado à lo que faltare segun la renta, que tuuiere, saçando lo que huuiere menester.*

29 Secundo suffragatur, ex eo quia Episcopus conferre tenetur quartam partem de suis redditibus Ecclesiæ reparationi, prout ipsemet Theologus in suis scriptis pluries concessit, & ita expresse mandat tex.in cap.
30 Mos Apostolicæ 12.q.2.& cum validum sit argumentum de minori ad maius, cap.Cum in cunctis in principio, vbi omnes Canonistæ notant de elect. Euerard. in sua Topica legali loco à Minori voluit etiam hoc Arist. 2. Ethic. cap. 27. qua de re Episcopus à fortiori quartam partem redditutuum Episcopa-

tus

tus cõferre tenetur quoties sua Ecclesia Cathedralis noua ædificatione indigent.

31 Tertio comprobãtur prędicta,ex eo quia pro templo ædificando vendi possunt bona Ecclesiæ,cap.aurum 12.q.2. Federic.de Senis cons.224.in fin.Ricc.in Praxi Archiepi-
32 scopali decis.74.in decis.omis. & licet bona Ecclesiæ alienari non possint,per tex.in cap. Nulli de reb.Eccles. non alienand. vbi sedes Doctorum, & alienantes, & alienata recipientes in excommunicationem incidunt per tex. in extrauag. Ambitiosè eod. tit. & Sac.Conc.Triden.sess.25.cap.11.de reform.
33 & quamuis Episcopus iuret bona Ecclesiæ non alienaturum inconsulto Romano Pontifice (quod iusiurandum habetur in Pontificali nouo tit.de consecrat. & elect.Episco-
34 pi)nihilominus Episcopus propter indigentiam nouam Ecclesiam ædificare potest, tex.est expressus in cap.fin. de Eccles. ædificand.vel reparand.

35 Quarto,accedit id,quod docet D.Thom. 2.2.q.184. art.7. vbi asserit, Episcopum teneri omnia bona exponere pro honore Dei; Atqui clarè patet, honorem esse Dei,vt habeat Domum, in qua ipse per fideles vene-

ratur, & ibi Sacerdotum præcibus placatur, vt patet de Moyſe Exod.cap.4.

36 Et quam fuerit Deo gratum in templis ædificare patefacit ipſe 2. Reg. cap.7. Hinc
37 legimus in eiſdem ſacris paginis, templum neglectum ad iracundiam Dominum prouocare, vt in prima parte demonſtraui, & licet antiquo tempore, Templo, Tabernaculo, & Arcæ teſtamenti plurimum voluerit Deus adhiberi reuerentię, vt ex Diuinis ſcripturis ſæpiſſimè patet, & præſertim 3.Reg. cap. 8. & 9. tamen templis noſtris multo magis debetur reuerentia, propter præſentiam Christi in Diuino Sacramento, igitur ne dum quarta reddituum pars, ſed etiam omnia bona Epiſcopus exponere tenetur, vt Eccleſia indigens de nouo ædificetur.

38 Eccleſiam verò Cathedralem, eſſe domum Dei, deputatumq. locum ad orãdum, & deprecandum Deo patet lib. Iudith. c. 6. in fin. & Pſalm.67. ibi in Eccleſijs benedicite Deo Domino, & ipſe Dominus noſter atteſtatur in Euangelio, Domus mea, domus orationis, vos autem feciſtis ſpeluncam latronum, & plenius in Euangelio Ioan.c.20.

Quibus addendum eſt in materia, quod

mirum

mirum esse non debet, bona Ecclesiæ, & si prohibita alienari pro templo ædificando
39 posse legitimè alienari, ex eo quia indubitatum est in Iure, rem prohibitam alienari benè posse alienari in refectionem vtilem, & necessariam ipsius Ecclesiæ, vt probat tex. in l. Res, quę tutores, vers. Sed si parens, C. de donat. Gutt. Allegat. 7. num. 4. Item refectio Domus, & si prophanæ, & redemptio captiuorum æquiparantur, l. si quis pro redemptione captiu. vers. Tādem libertatem, C. de
40 donat. Gutt. loco cit. nu. 11. & pro redemptione captiuorum res Ecclesiæ, quæ sunt prohibita alienari, possunt alienari, c. Apostolicos, cap. Sacrorum, & cap. Aurum 12. q. 2. l. sancimus ad finem. Guttier. in d. Allegat. 7. num. 12. & ideò meritò Ecclesiæ bona pro Domo Dei, scilicet Ecclesia ędificanda alienari possunt.

41 Ex quibus omnibus apertè colligitur, Theologum toto cœlo errasse, dum absque vllo iuris fundamento in suis scriptis asserere ausus fuit, quartam reddituum Episcopatus non esse conferendam per Episcopum, quoties sua Ecclesia noua ædificatione in-
42 diget, ædificium enim Ecclesiæ est fabrica,

cap.de Fabrica de consecrat. dist.4. quæ sic definitur per Couar. in cap. fin. num. 4. de testamentis.

43 Pro coronide verò, & illud omittendum non est, quod ædificium Ecclesiæ est significatiuum spiritualium; Cœmētum est charitas, sine qua nihil sumus 1. ad Corint. c.3.
44 singuli lapides significant singulos fideles, fundamentum sunt Apostoli, & Prophetæ;
45 parietes designant doctrinā quatuor Euangelistarum, quę in altum longa, lataq. surgit; scilicet in altitudinem virtutum, longitudo eius longanimitas est, quæ patienter aduersa tolerat, & dolet, donec ad patriam perueniat, latitudo charitas est, quæ dilatione mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum: altitudo verò spes est futuræ retributionis, quæ prospera, & aduersa contemnit, donec videat bona Domini in terra viuentium. Tecta sunt homines actiui proximorum necessitati terrena ministrantes; chorus, ordo continentium; Nauis, ordo coniugatorum, cum dixerit Deus, crescite, & multiplicamini, & replete terrā; cap. Nuptiæ 22. q. 1. Atrium Ecclesiæ sunt falsi Christiani extra Ecclesiam vagantes;

cam-

campanile nomen Domini;Campanæ verò ſignificant concionatores, qui perindè nos ad diuinas orationes adhortantur; lignum autem,in quo campana pendet lignum dominicæ Crucis deſignat, cauilla,ſeu ferrum illud penſile, cuius pulſu Campana ſonum reddit vitam Prędicatoris,& mentem ſignificat: nam ſicut Campana pulſari non poteſt,niſi mediante cauilla,ita quoque inutilis eſt ille concionator, qui non ſit mente preditus.Funis verò,quo Campana appenditur ſignificat ſacram Scripturam, quia ſicut funis ex tribus funiculis conficitur, ſic triplex eſſe omninò dicitur ſcriptura,ſcilicet ex hiſtoria, ex allegoria, & ex mortalitate, feneſtræ vitreæ viri ſunt ſpirituales; interior dealbatura ſignificat munditiam cordis, exterior munditiam corporum, altare eſt Chriſtus, aliter menſa dicitur in Scriptura, 1. ad Corinth. cap. 10. Sac.Concil.Trident. ſeſſ.22. cap.1. §. & hęc de Sacrificio Miſſæ; columnæ Eccleſiæ denotant Epiſcopos, & Doctores, qui templum Dei per doctrinam, ſicut,& Euangeliſtę thronum Dei ſpiritualiter ſubſtinent;Crux in medio Eccleſię ponitur ad denotandum, quod de medio corde

Chriſtum Redemptorem noſtrũ diligimus, & ponitur in altum, quia Chriſti victoriam deſignat, vid. Fuſc. de Viſit. cap. 10. num. 5. lib. 1. & Anton. de Litterat. in ſua ſumma tit. de Eccleſia materiali cap. 12. par. 5.

46 Secundo loco obijcit Aduerſarius, diſpoſitionem Sac. Conc. Trident. à me citatam in §. Parochiales non procedere in caſu de quo agitur duplici de cauſa, tum quia ſupponit, Eccleſiam de qua agitur non fuiſſe vetuſtate collapſam, tum etiam, quia quatenùs fuiſſet vetuſtate collapſa, illa non reficitur, ſed de nouo fit.

Sed re vera conſideratio hæc, cum nihil habeat veritatis, reſponſione aliqua non indiget, verum, vt magis eluceſcat veritas, & ex abundanti, vt dici ſolet, infraſcripta ducere curaui, ex quibus apparebit eiuſdem viri error manifeſtus, & ad hoc aſſeuerandùm.

Primò monet me tex. in l. 1. §. reficere, ff. de iten. act. priuat. & in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de nou. oper. nunc. vbi legitur,
47 quod reficere propriè eſt ad priſtinam formam reducere.

48 At Eccleſia, de qua agitur (cui nauis cõpara-

paratur, cap. Non turbatur 24.q.1. cap. Ante omnia 40.dist.) ad pristinam formam re-
49 ducta fuit, & ideo dicitur eadem Ecclesia, testatur in specie in summ. de Eccles. ædific. nu.8. ergo dispositio d. Sac. Concil. Trident. in cap.7. §. Parochiales sess.21. de reformat. indubitāter in casu de quo agitur procedit.

50 Secundò suffragatur, quia tex. in d. §. Parochiales procedit etiam in Ecclesia, quæ non prorsus est collapsa, sed maiori ex parte, vel ruinam minatur, ita Sacra Congreg. Cardinal. censuit teste Ioan. Guill. in d. §. Parochiales, adest etiā decisio Cappellæ Tholosanæ 499.

Atqui Ecclesia, de qua agitur, ruinam minabatur, prout supponitur, ergo dispositio d. §. Parochiales absque vllo scrupulo procedit in casu de quo agitur, tāto magis, quod tex.
51 eiusdem Concilij vtitur verbis generalibus, & indefinitis, quæ non debent restringi, sed ad omnes casus extendi, & maximè fauore Ecclesiæ, Farinac. decis. posthum. 146. nu. 6. par. 2.

Tertiò accedit, quod etiam si dicta Ecclesia non fuisset vetustate collapsa, etiam procederet dispositio d. Sac. Conc. Trident. hoc

enim apertè colligitur ex illis verbis (ex Ec-
52 clesijs, quæ vetustate, vel alias collapsæ sin) cum dictio alias significet idem, quod alio modo Ricc. decis. 72. nu. 7. lib. 2.

Quartò comprobantur prædicta, quod etiam, si dicta Ecclesia fuisset prorsùs, & sic funditus destructa, citra tamen veri præiudicium, nihilominùs prænarrata dispositio etiam procederet in casu nostro, hoc enim clarè colligitur ex verbis d. decisionis Sacræ Congreg. Cardin. ibi (procedit etiam in Ecclesia) quæ non prorsùs est collapsa, ratio
53 enim est, quia dictio etiam includit, & auget dispositionem ad qualitatem, cui adiungitur, vt dispositio verificetur in totum in qualitate prius expressa, & etiam in illa superaddita Gemin. cons. 132. in princip. Bald. cons. 209. num. 2. & 4. lib. 3. vbi docet, quod dictio etiam ampliat dispositionem, & non potest importare restrictionem, igitur indistinctè procedit dispositio d. Sac. Concil. in casu nostro, & sic Episcopus vigore huius dispositionis Ecclesiam reficere tenetur ex quibuscunque fructibus ad eas pertinentibus, siue Ecclesia esset vetustate collapsa, siue non, siue sit in totum & prorsùs colla-
psa,

psa, siue maiori, vel minori ex parte, vel ruinam minetur.

54 Benè tamen verum est, quod Episcopus vigore dictæ dispositionis Sac. Concil. Trid. non potest transferre Ecclesias data earum inopia, quoties Ecclesia est ex minori, vel æquali parte collapsa, sed requiritur ad hoc, vt huiusmodi translatio procedere possit, Ecclesiam esse prorsùs collapsam, vel maiori ex parte ruinam minare, ita refert Guill. vbi supra.

Ad obturandum enim os eiusdem viri absque vllo Iuris fundamento tertio loco prętendentis, Ecclesiam, de qua agitur esse propriè nouam infrascriptis ducor, ex quibus clarè apparebit, Ecclesiam prædictam nullo pacto nouam dici posse.

55 Tum primò, quia Ecclesia prædicta non fuit in totum vno cõtestu destructa, sed paulatim per partes, & per partes refecta, qua de re dicitur eadem, & non noua Ecclesia, vt notant DD. & præsertim Ias. in l. inter stipulantem §. Sacram nu. 17. ff. de verb. obligat. Glos. in cap. de fabrica de consecrat. dist. 5.

56 Tum secundò, quia noua non dicitur res, nisi tota noua, Abb. in cap. Innouate nu. 2.

de

de verb. signific. At Ecclesia de qua agitur non tota noua dici potest, cum remāserint, præter alia, chorus cum altare maiori, & sepulturæ, ergo Ecclesia in casu nostro non dicitur noua.

57 Tum tertiò, quia de nouo facere est addendo, vel diminuendo primam faciem immutare, l.1.§.Opus nouum, ff.de nou.oper. nunc. cuius verba hæc sunt. Opus nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, pristinam formam mutat. At facies dictæ Ecclesiæ, nihil pœnitus fuit immutata, ergo, &c.

Non obstat, quod eiusdem Ecclesię Ales aliquantisper dilatatæ fuissent, ex eo quia
58 noua res non dicitur. Licet solum accidentia, remanente forma substantiali ipsius rei, alterentur, prout in casu nostro Cald. cons. 11.titul.de feudat. quem secutus est Crauet. cons.223.nu.12.

Confirmantur prædicta, ex eo quia Ales
59 dictæ Ecclesiæ sunt accessoriæ, & accessorium sequi debet naturam sui principalis, cap. Accessorium de regul. Iur. in 6. testatur in specie Ludou. Roman. cons. 330. nu.14. & seq. vbi tenet, quod ea, quę habent diuersam

ſam naturam, ſi annectuntur alteri rei diuerſę, res annexa tanquam acceſſorium perdit ſuam naturam, & recipit ſui principalis naturam, cui fit annexio.

Comprobantur etiã prędicta per id, quod docet poſt Hugonem Archid. in cap. de fabrica de conſecrat. diſt. 1. vbi tenet, quod ſi
60 Eccleſię conſecratę in longitudine, vel latitudine adijciatur, non conſecrabitur, quia ſacrum trahit ad ſe non ſacrum cap. 3. de conſecr. Eccleſ. vel Alt.

Igitur licet dictę Ales aliquantiſper dilatatę fuiſſent, tamen non indigent conſecratione, quia ſacrum trahit ad ſe non ſacrum, & propterea non noua, ſed eadem, & reparata Eccleſia dicitur tex. eſt expreſſus in d. c. de fabrica iuncta Gloſ. vbi ſubdit, quod ſi parietes non ſimul deſtructi ſint, ſed ſucceſſiuè, tunc Eccleſia intelligitur eadem, ſecus verò, ſi parietes ſimul funditus corruerent, quia, tunc Eccleſia conſecranda eſt: parietes autem Eccleſię de qua agitur non ſimul, ſed ſucceſſiuè fuerunt deſtructi, ergo Eccleſia
61 de qua agitur, non poteſt dici noua, ſed reparata, ſeu refecta, nam idem ſonat reparare, quod reficere, latè Boer. deciſ. 34. nu. 5.

62 Qui-

62 Quibus addendum est, quod in ędificanda Ecclesia requiritur Papæ consensus, & non sufficit cõsensus Episcopi. Franc. Marc. decis. Delfin. num. 1009. nu 4. ideò Ecclesia de qua agitur restaurata, seu refecta fuit, ex quo consensus Apostolicus non interuenit, sed tantum ipsius Episcopi.

Ad probandum verò Ecclesiam de qua agitur nõ fuisse funditus destructam, præter in prima parte adducta, infrascripta duco.

63 Primò, quia dictio funditus importat idẽ, quod dictio omninò Farinac. in fragment. nu. 124. dictio verò omninò importat idem, quod dictio pœnitus Alexand. cons. 13. n. 6. & 7. lib. 2. & cons. 72. n. 10. lib. 6. Dictio enim pœnitus intelligitur, ex toto, Dom. Præsid. Sacri Concilij Vincentius de Franchis decis. 169. nu. 1. quem benè eruditum Iurisconsultum appellat Menoch. lib. 2. præsumpt. 50. propè finem, & eruditissimum lib. 3. præsumpt. 10. nu. 24. & præsumpt. 121. num. 6. & præsumpt. 139. num. 15. & doctissimum prędicat lib. 4. præsumpt. 83. num. 3. in fine, & præsumpt. 99. n. 3. in fine, & doctissimum, ac nunquam satis laudatum nũcupat Reg. de Ponte cons. 4. nu. 44. vol. 2. & primarium

in toto Regno Neapolitano insinuat Peregrin. consf.11. num.5. lib.1. & doctissimum etiam prędicat Reg. Rouitus decis.67.nu.2. & eminentissimum decis.65 sub num.13.& consumatissimum decis.57.nu.21. Ecclesia verò de qua agitur non fuit ex toto destructa; nam pręter alia remansit solum, quod ædificij pars est, l. Seruitutes, §. Sublatum, ff. de seruit. prędior. ergo Ecclesia prędicta non funditus, seu poenitus, sed in parte destructa fuit.

64 Secundò, quia domus, & sic Ecclesia constat ex duobus, scilicet solo, & superficie, l. Qui res, §. Arcam, ff. de solut. & in superficie inest tectum, vt dicit Alber. in l. Solum, ff. de rei vind. Afflict. decis. 392. num. 13. igitur, ex quo solum dictę Ecclesię remansit, illa fuit in parte, & non funditus collapsa, seu destructa.

Remanente enim solo rei, remanent reli-
65 quię, & vestigia prioris ędificij, propter quę reparatio facilè permitti, & fieri potest Dec. in cap. Cum accessissent nu. 19. de constit. & in l. domum, ff. de regul. iur. quod non viget, quando non remanet solum rei, & ideò
66 statuit tex. in cap. Consuluit de Iudęis, quod

Iu-

Iudęi,qui prohibētur nouas Synagogas ędificare,erigere reędificareq. Synagogam pœnitus destructam non prohibentur.

Comprobantur prędicta, ex eo quia, nedum remanserunt ipsius Ecclesię pedamen-
67 ta,sed vt dixi, integer chorus,altare maius, sepulturę, & Episcopi Palatium, quę omnia appellatione Ecclesię veniũt Lap. Alleg. 12. Bened. in cap. Raynut. super verbo, & hortum num. 50.fol.mihi 207. Carol.de Grassis de effect.cleric.effect.1.nu.361.

68 Insuper suffragatur, ex eo quia Iudicium proferri debet secundum pręsentem statum, Bart.in l.Iulianus, ff.de condit.indebiti, Castrens.cons.428.in princip.lib.1.At Ecclesię, de qua agitur,secundum presentem statum reperitur maior pars ipsius de pecunia ipsius Ioannes Iacobi Lazari restaurata, ergo iam sumus in claris, Ecclesiam prędictam non esse, neque fuisse funditus destructam, & contrarium asserere prouenit ex terminorum, seu primorum principiorum ignorantia.

Et quamuis vir ille ad probandum, dictam Ecclesiam esse pœnitus, & funditus destructam duxisset Bartol. à Sancto Fausto

de

de Indulgent. q.165.lib.2. tamen irrationabiliter fuit per eum ductus, ex eo, quia loco citato Faust. ſolum diſputat, vtrum indulgentia alicui Eccleſiæ, vel loco pio conceſſa annullentur eo pœnitus deſtructo, & concludit, quod ſi totaliter non deſtruatur, ſed paulatim per partes, non annullãtur indulgentiæ, cum cenſeatur eandem Eccleſiam remanere, ſi verò Eccleſia omninò, & pœnitus deſtruatur, & alia de nouo ædificetur, ſiue in eodem loco, ſiue in alio, tunc ceſſat indulgentia, cum hæc ſecunda ſit diuerſa à priori.

Verum idem Bartol. à Sancto Fauſto in fine quæſtionis aſſerit eſſe valdè probabiliorem contrariam opinionem Suares, tenen-
69 tis, quod ſi templum deſtruatur, & alio trãsferatur ſub eodem titulo, moraliter adhuc cenſetur idem templum, quæ opinio eſt cõmunis Alexand. in l. inter ſtipulantem, §. Sacram, ff. de verbor. obligat. vbi Bart. Iaſ. & alij And. Gayll. pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 61. nu. 8. Diana tract. 12. de Indulg. & Iubil. reſolut. 20. Eccleſia autem de qua agitur non totaliter, ſed paulatim per partes fuit collapſa, & per conſequens non diuerſa à priori,
ſed

ſed eadem ſecundum eundem Bart. à Sancto Fauſto, cuius authoritas ob id contra eundem virum retorquetur.

70 Benè tamen verum eſt, quod ſi ſubtiliter ſumatur Eccleſia, de qua agitur non eſt eadem Eccleſia, verum vtilitas exigit, vt eadem cenſeatur, ne videlicet Sacramentum conſecrationis iteretur, ita ſingulariter Gloſ. in cap. de fabrica de conſecratione diſt. 1.

Quartò loco obijcit Theologus, me dixiſſe in meis ſcriptis, Epiſcopum contraxiſſe matrimonium cum Eccleſia materiali.

Reuera ſatis incautę videtur locutus, dū non perceptis meis verbis, ſe ſomniando aſſeruit, me in dictis ſcriptis dixiſſe, Epiſcopum cōtraxiſſe matrimonium cum Eccleſia materiali; Vbi obſecro ille reperit, hoc me vnquam dixiſſe? reuera vir iſte minus rectè aduertit vulgatam illam Iuris maximam,
71 in qua habetur, Doctoris dictum eſſe intelligendum ſecundum iura, quæ allegat l. ait Prætor, §. 1. ff. de re Iudic. Afflict. deciſ. 73. num. 4.

Legantur quæſo Canones per me allegati, quorum vigore probaui, Epiſcopum contraxiſſe matrimonium cum Eccleſia; quod loquun-

loquuntur de Ecclesia spirituali, non autem
72 materiali, quæ Ecclesia spiritualis est fidelium congregatio in eadem Ecclesia existentium, cap. Ecclesia de consecrat. dist. 1. Glos. in clement. 1. de sentent. excommunic. Angel. Clau. in Summa in verbo Ecclesia. Fuscus de Visitat, in prohemio latissimè Bañes 2.2. q. 1. art. 10. in princ. vers. ad intelligentiam, vbi ad saturitatem explicat, quid sit Ecclesia, & quid nomine Ecclesiæ significetur.

73 Et cum appellatione alimentorum veniat domus, scilicet habitatio, l. legatis, ff. de aliment. & cibar. legat. & omnia sine quibus non potest honestè viui, Bera de casib. conscientiæ cas. 3. par. 2. Eman. Sà in Aphorism. in verbo Alimenta nu. 1. idcircò meritò conclusi, Episcopum teneri sumptibus eiusdem Ecclesiæ eam fabricare, vt ibi Ecclesia spiritualis, scilicet fideles congregentur, eisque Sacramenta ministrentur, atque diuina officia audiant. Igitur frustratoriè vir iste admiratus fuit asserens, me non dum sciuisse, Episcopum non contrahere sponsalitium cum Ecclesia materiali.

Quintò loco obijcit Aduersarius, quod sal

tem de consuetudine Episcopus non tenetur de nouo ædificare Ecclesiam, & ad hoc probandum ducit, Siluest. in Summa in verbo Ecclesia 2. §. 4.

Patet enim ad sensum, doctrinam Siluest. loco cit. solum procedere quoties redditus
74 Ecclesiæ non sufficerent, nam tunc compellendi sunt Parochiani, vt suis expēsis Ecclesia fabricetur, ex eo, quia percipiunt diuina, Abb. in cap. 1. nu. 14. de Eccles. ædific. Aufrer. ad Cappel. Tholos. 499. in casu enim nostro redditus Ecclesię iam supersunt, dum important singulis annis scutos termille, & plus deductis deducendis, & omnibus oneribus.

Vltra quod Siluest. loco citato limitat dictam suum conclusionem, eam non procedere, si Ecclesia abundaret, & populus egeret, & quod magis est in Ciuitate Ecclesiæ, de qua agitur, non adest consuetudo, vt Ecclesia repararetur, seu de nouo ædificetur ex-
75 pensis Populi, sicut vir iste gratis asseruit, & cum consuetudo sit facti, ideò, qui se fundat in eo illam probare debet, cap. 1. de constit.
76 in 6. Alexand. cons. 67. lib. 3. & quando consuetudo est contra ius, prout est in casu nostro

ſtro eſt quaſi impoſſibilis probationis, Maſcard. de probat. concl. 423.

77 Vlterius proſequẽdo materiam hanc, aduertendum eſt, quod conſuetudo in caſu, de quo agitur, conſiderari non poteſt: teſtatur ſingulariter, & in ſpecie Crauett. conſ. 116. nu. 9. vbi aſſerit, quod circa fabricam, aut reparationem Eccleſiæ præſcriptio, aut conſuetudo conſiderari non poteſt, niſi probetur, quod alias caſus ædificandi, vel reparandi euenit, tamẽ priores Eccleſiæ, nihil contulerunt circa expẽſas iuxta doctrinam Bart. in l. cum ſcimus, C. de Agrig. & cenſit. lib. 11. tradit Alex. conſ. 136. nu. 2. lib. 2.

Imò, ſi aliquando Parochiani totam expenſam feciſſent, nõ interpellatis prioribus, ex hoc in futurum cogi non poſſunt, l. ſolet, ff. de offic. Proconſ. habetur per DD. in l. Si certis annis, C. de pact. Nec animus obligandi præſumitur in eo, qui ex mera liberalitate, & gratis aliquid fecit Corn. conſ. 296. colum. penult. lib. 4. quibus addo Farinac. deciſ. poſthum. 545. num. 30. par. 1. cuius hæc ſunt verba. Minus facit, quod homines de Gemonal ædificauerint iſtam Eccleſiam, vel etiam illam aliquando de eleemoſynis

reparauerint, quia cum iſti actus fuerint fa-
79 cultatiui, & ex deuotione non fuit contra
illos nata obligatio illud idem faciēdi in po-
ſterum; ad tradita per Surd. conſ.62. nu.18.
& ideò Eccleſias ędificare, & reficere tenen-
tur non Parochiani, ſed Rectores nempe
Epiſcopi, quibus decimæ ſoluuntur, ita fuit
deciſum in Rota Romana, vt refert idem
Farinac. loco proximè citato.

Comprobantur prædicta per id, quod vo-
luit Diana tract.9. reſult.7. pag.161. vbi te-
80 net, quod, qui vouit ieiunium, poteſt vti la-
cticinijs extra Quadrageſimam, & in reſul.6.
fundat, quod idem eſt, cui indictum eſt à
confeſſario, vel Iubilæo ieiunium, nec poteſt
conſuetudo in contrarium adduci, nam illa
conſuetudo à lacticinijs extra Quadrageſi-
mā potius deuotionis, & honeſtatis, quam
obligationis eſſet. ergo admiſſa dicta præ-
tenſa conſuetudine, citra veri præiudicium,
non arctat Ciues, cum eſſet potius deuotio-
nis, quam obligationis.

His adde, quod dato citra veri præiudi-
cium, in dicta Ciuitate fuiſſe cōſuetudinem,
onus fabricæ Eccleſiæ ad Ciues ſpectare, ni-
hilominus huiuſmodi aſſerta cōſuetudo fuit
ſubla-

81 ſublata, cum explorati Iuris ſit; legem nouam conſuetudines præcedentes tollere, & ſi non dicatur, l. 3. §. Diuus, ff. de ſepulcr. viol. Andr. de Iſern. in Prælud. feud. nu. 4. in fine.

At qui circa fabricam Eccleſiæ, ſiue in totum, ſiue in alias Eccleſia collapſa ſit, habemus legem nouam, ſcilicet diſpoſitionem d. Sac. Conc. Triden. in d. §. Parochiales cap. 7. ſeſſ. 21. de reformat. cuius verba hæc ſunt:
82 Vt Parochiales Eccleſias Epiſcopi refici, & inſtaurari procurent, etiam ſi prædictæ Eccleſiæ ſint Iuriſpatronatus, ex fructibus, & prouentibus quibuſcunque ad eaſdem Ec-
83 cleſias quomodocũque pertinẽtibus, quod ſi non fuerint ſufficientes omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiant, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, exceptione, & contradictione remota. quod ſi nimia egeſtate omnes laborent ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferantur cum facultate tam dictas Parochiales, quàm alias Eccleſias dirutas in prophanos vſus non ſordidos, erecta tamen
84 ibi cruce, conuertendi, quæ Sac. Concil. diſpo-

ſpoſitio concordat cum Iure Canonico, & per illud declarari debet, teſtatur in ſpecie Ioannes Guttieres Allegat. 10. nu. 7.

85 Poſtremò addēdum eſt in materia, quod tam de antiquis redditibus Eccleſiæ, quàm de nouis, quatuor portiones per Epiſcopos fieri debent, ita manifeſtauit Gregorius Papa Maximiano Epiſcopo Syracuſano, vt legitur in cap. Cognouimus 12. q. 2. ratio enim eſt, quia incongruum eſt, vnam, eademque Eccleſiæ ſubſtantiam duplici quodammodo iure cenſeri, vt legitur in d. tex. vnde non licet Epiſcopis nouos Eccleſiæ redditus ſuis vſibus retinere, vt idem Gregor. in tex. prænarrato ſtatuit.

Ex quibus omnibus vnuſquiſque prudēs concludere poteſt, & debet, præfati Theologi fundamenta in prænarratis ſuis reſponſionibus contenta pro ſua opinione adducta, fuiſſe omninò, & vndique euacuata; & ſic veritas in meo Speculo Epiſcoporum contenta (quam coli, modiſq. omnibus foueri debere Imperator noſter in auth. de Tabel. teſtatur) firma remanet pro Domo Dei aduerſus Epiſcopos, qui licet patris loco habendi ſint teſte Menoch. de arbitr. Iudic.

lib. 2.

86 lib.2.centur.4.casu 354.num.41.Nihilominus ipsa Ecclesia Cathedralis pro qua scripsi mater omnium dicitur Paul.Fusc.de Visitat.
87 cap.15.nu.36.lib.2. & per matricem Ecclesiam intelligitur Cathedralis,& non Romana tex.est clarus, & expressus in cap.Vene-
88 rabili de verb.signif.tantò magis,quod Aristoteles dicere solebat amicus Plato,amicus Socrates, sed magis amica veritas, proq. ea asserenda, vt D. Augustinus in cap. Nemo peritorum 11. q. 3. supplicium subeundum voluit.

Solum deest, vt pro complemento huius Apologetici discursus, quod Speculum Episcoporum intitulaui,præfatum Theologum certiorem faciam, verba sua aduersus me prolata non ad irascendum in fine suæ cantilenæ putauit, sed ad ridendum me potius induxisse,sicut verba illius Trasonis per Terentium in Eunucho introducti ad risum prouocant,ita verba prædicta,vti Trasonica ad ridendum me prouocarunt, dum ille ad instar eiusdem Trasonis, præter alia nomen meum sepeliuit in perpetuum, & se ipso licet non Doctore, dedignante mecũ pugnare quendam chymericum suum discipulum

ad hoc introduxit, cum quo mearum Allegationum veritatem cum meis armis destruere intendebat, sed in vanum laborauit,
89 licet super hoc illa multum insudauit falcem in messem alienam immittendo contra dispositionem tex. in cap. Peruenerabile
90 de elect. Nam legibus omnia reguntur, quæ in mundi machina continentur, l.in nomine Domini, ff.de offic. præfect. Africh. latè Foller.in cons.vnic.nu.1.de Duello. Ridicu-
91 lum enim esset Iurium dissolutiones apud Theologum inuestigare teste Iasio in sua defensione Apologetica contra Ioannem Eckium Theologum.
92 Et cum verba prædicantium Christum debent esse sagittæ potentis acutæ ad penetrandum corda: carbones desolatorij ad delenda vitia; gladij ancipites in manibus ad præscindendas occasiones, Glianes in Summa in verbo Prædicator; idcircò præfatus Theologus suis viribus tenebatur, vt verba sua in Ecclesia prolata effectus prænarratos operarent, & verbum Dei ibi prædicare, iuxta illud Marci Euangel. cap. vlt. prædicate Euangelium omni creaturæ, non autem huiusmodi res inibi disseminare.

Hæc

Hæc sunt mii Theologe, quæ pro mea defensione, non apparenter, sed vrgente veritate contra commentitia tua scribenda esse putaui. Quod autem aliquanto asperius tecum egi, tu causam dedisti, qui me ignotum, non in vno loco duriusculè tractas. Itaque parpari referre, & famæ meæ quantula sit consulere non dedecuit citra tamen omnem iniuriam. Et demum hoc tantum dico, satis respondi satis ostendi, sapientes iudicent.


Huius tamen Opusculi exoro Lectorem, vt si quid in eo dignum legerit, Domino tantum gratias tribuat. Quicquid verò cognouerit minus dignum ad humanum re-
93 ferat imperfectum, omnium quidem habere memoriam, & in nullo peccare diuinitatis est, & non humanitatis, l.2. §. si quis autem, ff. de vet. Iur. enucl.

Tertiæ Partis finis.

SPE-

SPECVLI EPISCOPORVM

PARS QVARTA.



1 QVONIAM Prælatorum, Ecclesiasticorumq. vitia etiam per concinnatores non sunt silentio prætereunda, debita tamen reuerentia, Glos. in clement. 1. in verbo Detrahant de priuil. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 142. Glianes in Summa censur. & irregul. in verbo Prædicator, idcircò hic non incongruum erit Prelatorum vitia in communi enarrare, de quibus magis dolere videar, quam reprehendere.

2 Non tamen decet, antequam ad alia incumbentia transeamus, vt silentio prætermittatur, Prælatum, seu Episcopum malum pluribus modis à Sacris Canonibus nominari.

3 Primo dicitur leo rugiens, & quasi lupus rapiens prædam Eccl. 22. Secundo dicitur,

se

ſe non oues paſcere, & quærere propriam lucem, cap.Sunt in Eccleſia quidam 8. q.1. & propter hoc ei aufertur poteſtas Ezec.34.
4 Tertio dicitur lupus, c.Nihil diſt.83.Quarto dicitur canis impudicus, propter defectum
5 regiminis,cap.Qui neſcit 2.q.7.Quinto dicitur coruus, propter peccatorū nigredinem,
6 cap. Non omnis 2. q. 7. Sexto dicitur ſal infatuatum ad nihilum proficiens, cap. Non
7 omnes 2.q.7.Septimo dicitur malus Epiſcopus porcus, cap.In mandatis diſt.43. Octa-
8 uo dicitur ruſticus à ruſticitate diſt.46. No-
9 no dicitur gallus gallinacius, ſcilicet capo, quia habet modum gallinæ,quia ſicut ille non cantat, ſic nec malus Epiſcopus: item non generat, item non pugnat pro ſubditis, item ſicut ille non vocat gallinas, ita iſte non vocat pauperes, item ſicut capo ſe impingit, ſic malus Epiſcopus, & ideò, cum quærat æpulas,& diuitias ponetur in ignem inferni Iſai.cap.32. & cap.Eccleſ. 35.diſt. &
10 demum malus Prælatus lixiuio comparatur: alibi lapideo canali: alibi monetario per Sacros Canones comparatur,vt notat Gloſ. in cap.Peruenit 84.diſt.
11 Rurſus omittendum non eſt, Epiſcopum
dici

12 dici temerarium multipliciter. Primo ratio-
ne negligẽtiæ, propterquam deponitur, cap.
13 Dictum 81. dist. Secundo ratione pusillani-
mitatis, propter quod scriptũ est, canes mu-
ti non volentes latrare, cap. 1. 43. dist. Ter-
14 tio ratione vitæ abominabilis, de qua dici-
tur, cuius vita despicitur, restat, vt eius præ-
dicatio contemnatur, cap. Infames, §. idem
15 testatur 3. q. 7. & quando Episcopus ex per-
sona sua dat Ecclesiæ, vel Ciuitati magnum
scandalum potest cõpelli, vt renunciet Epi-
scopatum, verum debet ei dari cambium,
Innoc. in c. Pridem in vers. Nota de renunc.
16 Quarto dicitur temerarius Episcopus ratio-
ne doctrinæ, de qua habetur in cap. Multa
17 86. dist. Quinto ratione societatis peruersæ,
cap. Peruenit 2. q. 7. & in Psalmo, cum san-
cto sanctus eris, cum peruerso peruerteris,
18 cap. Sic viue 23. q. 1. Sexto ratione austeri-
tatis, cap. Non mediocriter de cõsecr. dist. 5.
19 & cap. Cum beatus 65. dist. Septimo ratio-
ne rapacitatis, cap. Non omnis 2. q. 7. & cap.
20 Tres personas 23. q. 4. Octauo ratione va-
næ laudis, cap. Nihil 83. dist. Nono ratione
præsumptionis habitæ in consecrando, cap.
Conquerimus 14. q. 3. cap. Episcopus 7. q. 1.
Deci-

Decimo ratione præſumptionis habitæ in Iudicando, cap. Temerarium 21.q.3.9.q.2.
22 & 3. per totum. Vndecimo ratione temerariæ vocationis in Ius, cap. Vt animarum in fin. de conſtitut. lib. 6.

23 Cœterum ad rem principalem redeũdo. Primum vitium Prælatorum, ſeũ Epiſcoporum eſt, ſi circa regimen ſuarum Eccleſia-
24 rum, quibus præſunt ſint negligentes, negligentia enim circa curam animarum inducit peccatum mortale, vt probat Paulus Fuſcus de Viſit. cap. 4. poſt num. 23. lib. 2.
25 & ideò Dominus præſentior eſt diligentibus, ſed negligentibus abeſt. S. Ambroſ. ſuper Lucam cap. 70. lib. 7.

26 Semper enim præ oculis habere debent Epiſcopi exemplum illud 23. quod refertur in magno Speculo Exemplorum diſt. 5. ex libr. Apum, quod cum horribile ſit, hic traſcribere curaui, vt iacet, & eſt tenoris ſequentis.

Clericus quidam in Synodo Epiſcoporum prædicare compulſus anguſtiabatur nõ modicum, quid nam dignè poſſet corã tot Prælatis Eccleſiæ prædicare. At vbi acceſſurus in oratione iaceret, venit ad eum Diabolus,

di-

dixitq. ei, quid angustiaris istis Clericis prædicare? dicas eis istud, & non aliud. Principes infernalium tenebrarum Principes Ecclesiarum salutant. læti omnes nos gratias referimus eisdem, quia, ipsis Prælatis, nobis, eorum subditi deuoluuntur, vel offeruntur, & per eorum negligentiam ad nos ferè pariter deuoluitur totus mundus. Inuitus quidem tibi dico, quod dico, sed altissimi iussione coactus. Respondit Clericus, mihi quidem, si hæc narrauero, non credēt, tunc diabolus tangens maxillam eius, ecce, ait, signū nigredo insolita faciei, hanc, antequam prędices, non contingas, quia frustra; post prædicationē verò aqua benedicta delebis. Processit Clericus prædicaturus in Synodo, & mirabilis cunctis in signo indito faciei, illa, quæ sibi iussa sunt recitauit, & ad horrorem maximum cūctorum corda permouit. Hæc anno ab Incarnatione Domini 1248. fuerūt Parisijs coram omni Populo, & Clero solemniter recitata lib. 1. cap. 20. pag. 8.

27 Audiant Episcopi negligentes Chrysost. homil. 3. in act. dicentem. Non arbitror inter Episcopos multos esse, qui salui fiant, sed multos, qui pereant, qui sæpè non damnantur

tur proprijs peccatis, ſed alienis, quæ non curauerunt.

Prælati enim potiſſimè de negligentia arguuntur, & puniuntur, cap. Si quis 27. q.2. eorum quidem negligentia cadit in diſcrimen ſubditorum, cap. Si lapſa 40. diſt. Et ne-
28 gligentia correctionis perdit diſciplinam in ſubditis, cap. Iuſtum 24. q. 3. vnde Prælati, & Rectores negligentes multum nutriunt peſtilentiam; dum diſſimulant adhibere medicinam, cap. Inferiorum 86. diſt. cap. Sed & illud 45. diſt. fouet quoque ipſa negligentia crimina, cap. Error diſt. 83. Et tacens deſidia quietem Ciuitatis: & pacem Eccleſiæ de facili peruertit, cap. Eccleſiæ diſt. 97. Item ſi negligenter ea, quæ malè vſurpantur omittimus, exceſſibus viam alijs aperimus, cap. Peruenit ad nos diſt. 93. Deſolatio quoque eſſe debet Prælato, vbi videt eſſe Clericos magis negligentes in bono, quam Laicos, cap. Quid autem 8. q. 1. cap. Nulli 25. q. 1.

29 Item Epiſcopi etiam præ oculis ſemper habere debent, quod non poteſt eſſe Paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & Paſtor neſcit tex. eſt expreſſus in cap. Quamuis de regul. Iur. & ideò ſi lupus, ſcilicet De-

mon

mon comedit oues, ſcilicet Chriſtianos, & ipſe Epiſcopus neſciat, nullam habebit ipſe apud Deum excuſationem, propter negligentiam ſuam, Gloſ. & Doctores in d. cap. Quamuis, & ideò vigilare debent Epiſcopi, vt diaboli tentationibus continuò occurrere poſſint à ſe, & ab alijs expellendo per doctrinam, & prædicationem, quæ duo propria ſunt Epiſcoporum docendo, viam veritatis opere, & ſermone prædicando zelo ſui Paſtoralis officij, quæ vitanda ſunt à Chriſtianis,& reſiſtendo Diabolo, oueſq. de eius manu eripiendo, & ad gregem Chriſti veniendo,qui dixit Ioa.10.ego cognoſco oues meas, & meæ me, & nemo poteſt illas de manu mea eripere.

30 Vnde S. Gregor. reprehendit Epiſcopos immemores honoris ſui, & curam paternæ vigilantiæ non exhibentes circa Eccleſias,&
31 filios ex cap. Nunciatum 86.diſt. nam Epiſcoporum peccata grauiora sũt omiſſionis, quam commiſſionis, vt docet Medina de Inſtruct.Confeſs.§.1.lib.1.fol.153.

Caueant igitur quam plurimum Epiſco-
32 pi,ne circa regimen Eccleſiæ ſint negligentes, ſed vigilantes, nam Diabolus per om-

nem

nem viam captat, quomodò possit homines deuorare animas perdendo Conc. Trident. de Extrema vnct. in princ. sess. 14. tanquam leo rugiens ex Petr. 1. epist. cap. 5.

Hinc Paulus Apostolus vas electionis ad Thimoteum hac de re ipsum admonens, sic inquit. tu verò vigila, in omnibus labora, & ad Romanos cap. 12. qui præest in solicitudine, & ad Corinth. de se loquens 2. cap. 2. ait, instātia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum, nam Episcopi inferiores non in plenitudinem potestatis vocati sunt, cap. Ad honorem de potest. & vsu pall. cap. Qui se scit 2. q. 7. & cap. Decreto 2. q. 6. Paris. de resignat. Benef. lib. 8. q. 7. nu. 4.

33 Verùm requiritur, vt Episcopi ne sint vigilantes circa temporales res, sed circa suæ Ecclesiæ regimen, cui præest. Non sunt Pastores, qui tantum student ad impinguandum semetipsos neglecto grege, cōtra quos Pastores Deus iratus, sic ait Ezech. 34. facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri; eo quod non esset Pastor, neque enim quæsierunt Pastores mei gregem meum: sed pascebant Pastores semetipsos, & greges meos

non paſcebant.hoc enim nomen Epiſcopus ex officio intendendi,& inſpiciendi impoſitum eſt, vt docet D. Hieronymus.

Vnde olim profanis accommodabatur. Qui enim apud Athenienſes gubernandis Ciuitatibus erant præpoſiti dicebantur Epiſcopi,vt Flaborinus docet. Quinimò Cicero in epiſtol.ad Atticum lib.7.ſe vocat Epiſcopum,ſcilicet Prouinciæ prępoſitum. & apud alios authores,vt eſt videre in Pandectis. & apud Lucianum vocãtur Epiſcopi, qui præſunt pani,& alijs rebus venalibus.Ratio eſt, quia Epiſcopus deriuatur à verbo, quod ſignificat curam habere, & intendere alicui rei. in qua ſignificatione vſurpatur in Græco idiomate ad Hebr. 12. & Petr. 1. cap. 14. inde autem translatum eſt ad curam publicam aliorum non ſolum eorum, qui primas in Eccleſijs habẽt partes, ſed inferiorũ quoque Sacerdotum, vt docet Beda Acto. 20. & ad nomen non diſtinguerẽtur Epiſcopi,& presbyteri;quia vtriſq;incumbebat cura Eccleſiæ: quantum ad rem autem ſemper fuit diſtinctio inter eos, vt docet Dyoniſ. cap.5. cœleſt.Hierarch. & Gloſ.Lucæ 10.ibi; Deſignauit Dominus,&c.

34 Po-

34 Postremò hic non est silentio prætereundum, quod Episcopi suorum nomina ignorant, qui putant ociosis vacare licere, vel potius negotio longè ab officio alieno implicati. In alijs quidem disciplinis leue esset argumētum à nomine sumptum, quæ vel casu aliquo, vel humana ratione imponi solent, vt licet aliquando vera, interdum tamen vana, sæpè etiam mentita vsurpamus nomina, in hac verò disciplina, cuius auctor, & magister est Spiritus sanctus firmissimum est à nomine acceptum argumentum, quæ quidem accommodari solent rebus ipsis secundum ipsarum rerum naturas, vt quod ipse velit in re, hoc nomen ipsum designet.

35 Episcopus is dicitur, qui speculatur, & attentè rimatur, quid geratur, nam vbi habemus 1. Petr. cap. 5. Prouidentes, scilicet intendentes, aut Episcopum agentes, quod tamen adeò vulgare est, vt nemo non intelligat: Et probi Episcopi norunt; Hinc Ezech. Vigiles, & speculatores appellat Episcopos, vid. Vgolin. de offic. & potest. Episcopi cap. 1. nu. 2. & S. Gregor. lib. 4. epist. 15. ad Antenium, vbi summoperè commendat, vt Episcopi exhibeant in opere, quod designāt

in nomine, quia nomen Paſtoris, non ad quietem, ſed ad laborem ſuſceperunt.

36 Idem S.Gregor.Papa in lib.Paſtor.10.docet, quanto ſtudio Epiſcopus inuigilare debet ſuper Populum ſuum, quanta attentione ſubditorum ingenia obſeruare debeat, vt interdum eorumdem vitia prudenter diſſimulanda ſint,& cautè indicanda,interdum apertè cognita,maturè toleranda,interdum ſalubriter, & occultè perſcrutāda, interdum leuiter arguenda,interdum vehementer increpāda,quæ omnia latiſſimè explicat idem auth.3.par. eiuſdem libri, vt ex illis quilibet conſiderare, & colligere valeat difficultatem muneris Epiſcopalis.

37 Præterea non incongruè hic ponendum eſt id, quod ſcribitur in ſpeculo exemplorum in verbo Prælatura ex libro Apum,quo in loco legitur,quod cum eſſet quidam Prę-latus deditiſſimus S. Petri, qui multas animas gubernabat, & cum eſſet negligens, ei apparuit ipſe Sanctus,eiq.dixit,quod renunciaret Epiſcopatum, ſi officium paſtorale non exercebit, ſicut exerceri debet, alias ſe
38 damnaret, qua propter ſi Epiſcopi ſint negligentes circa regimen Eccleſiæ, ne ſint

causa suarum damnationum Episcopatus renunciare debent secundum S. Petrum.

39 Secundum vitium est, si Episcopi non fuerint legitimè impediti, & non prædicent per se ipsos Ecclesijs suis Sanctum Iesu Christi Euangelium, licet veritas sit, quod per se ipsos prædicare tenentur. id enim etiam nunc docet Episcopalis consecratio, in qua dicitur; Accipe Euangelium, vade prædica Populo tibi commisso, & non dicitur mitte ad prædicandum.

Idem docet nomen Pastores, dixit enim Dominus Petro, & omnibus Episcopis. Pasce oues meas, & non dixit, cura, vt sint, qui pascant oues, & idem Dominus explicans officium Pastoris Ioan. 10. oues Pastorem secuntur, & vocem eius audiunt, hanc sententiam latè comprobat Card. Bellarmin. in admonit. ad suum Nepotem Episcopum cõtrouers. 3.

Idem etiam docet Concil. Trident. sess. 5. cuius hæc sunt verba. Quia verò Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Euangelij, quam lectio, hoc est præcipuum Fpiscoporum munus: statuit, & decreuit eadem sancta Synodus, omnes Epi-

ſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & alios Eccleſiarum Prælatos teneri per ſe ipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euãgelium, ſi verò contingerit Epiſcopos, & alios prædictos, legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilij, viros idoneos aſſumere teneantur ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum, ſi quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictè ſubiacet vltionibus, idem confirmat Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat.

Quibus adde id, quod ſcripſit Paul. Apoſt. 1. ad Corinth. 9. 16. vbi ſic aſſerit. Nam ſi euangelizauero non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit: væ enim mihi ſi non euangelizauero. Ac ſi dicat non eſt mihi liberum, ſed præcepto obſtringor, vt doceam Ioan. de Piña in Eccleſ. cap. 14. eth. 51. num. 9. tom. 1.

40 Imò, ſi Epiſcopi curam à Deo commiſſam circa Prædicationis munus per ſe ipſos negligerent, videntur ſimiles meretricibus, quæ ſtatim, vt pariunt infantes ſuos alijs nutricibus tradunt educandos, vt ſuas libidines expleant, ideſt, vt pro ſuo libito ſecularibus

ribus Curijs inhient, & quod vnicuique visum fuerit, agant. pro talibus animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses, & schismata prodeunt, Ecclesiæ destruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. non totaliter Dominus docuit, nec Apostoli instituerunt, sed ipsi, qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos Domino repræsentent. Hæc scripsit Prat. Bart. Carran. de Residentia Episcoporum cap. 8. contra Episcopos in suis Ecclesijs non residentes.

41 Et adeò verùm, & irrefragabile est, quod si Episcopi legitimè non fuerint impediti teneantur ex præcepto per se ipsos verbum Dei prædicare, quod etiam si non essent Theologi, sed V. I. D. ab hoc munere non excusantur, ex eo quia hoc nō impedit, cum Iuristæ possint rectius studere, & intelligere sacram Scripturam, expositores, & Sanctos Patres, & cum eorum doctrina prædicare, sicut S. Ambrosius, qui licet solum erat exercitatus in Iudicijs forensibus, cum fuerit vocatus ad gubernium Ecclesiæ statim lectioni scripturæ se dedit; & prædicationi verbi Dei, & S. Carolus Boromeus, & si Iurista, ni-

hilominus continuauit officium prædicationis vsque ad mortem cum maximo fructu, hanc opinionem latè comprobat R. P. Narni in suis sermonibus 2. par. fol. 289. vide Vgolinum loco citato cap. 42. par. 2.

42 Tertium vitium est, si Episcopi modum discretionis non tenerent, ne plures admittantur Clerici, quam qui necessarij sint pro seruitio Ecclesiæ; Deus enim omnipotens tribus in rebus vniuersa constituit in pondere, numero, & mensura Synod. Roman. sub Eugenio II. & Leone IV. cap. 9. Aquisgr. cap. 118. Aquisgr. 11. sub Ludouico III. c. 9.

43 Indignos enim promouere est Ecclesiam euertere, ideò Apostolus clamat 1. ad Thimot. 5. Nemini citò manus imposueris. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 16. de reformat. iubet, vt nullus ordinetur ad titulum patrimonij, nisi pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ. sic enim habet.

Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, aut necessarius suis Ecclesijs. S. Synod. vestigijs sexti Canonis Concilij Calcedonensis inherendo statuit, vt nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco. pro cuius necessitate assu-

assumitur, aut vtilitate non ascribatur, vbi suis fungatur muneribus.

44 Cardinalis verò Bellarminus controu. 5. in admon. ad suum Nepotem scriptum reliquit, quod maximus est abusus ordinare quoslibet ad titulum patrimonij. plurimi enim ordinari cupiunt pro vtilitate sua, & non Ecclesiæ, & de celebratione Missæ faciunt artem de pane lucrando, vnde Sacerdotium contemptibile redditur, & Ecclesia scandalis patet: facit quod scripsit Glos. in Extrauag. execrabilis de præb. & dignitat. vbi ait, quod Ecclesiæ ministerium vituperatur, si per Clericos mendicatur.

45 Imitari igitur deberent Episcopi (vt subdit Bellarminus loco citato) Sanctos Pontifices Romanos, qui in primordijs Ecclesiæ parcissimi erant in presbyteris ordinandis. quæ tantorum Pontificum parcitas, deberet omnes Episcopos seriò admonere, vt nõ nisi viros doctos, & probos, & eo gradò dignos eligerent. quod omninò facient, si decorem Domini ex animo diligant.

46 At hic, & illud intermittendum non est, quod licet Sacerdos dicatur dignior quolibet Principe, cap. Solitæ de maior. & obed.

& sit

& sit dignior Laico, cap. Cum ad verbum, 96. dist. & sit maior quacunque dignitate laicali, vt latè per Hipp. de Mars. in Rubr. de fideiuss. col. 63. hodie verò propter multitudinem Clericorum, & eorum illitteraturam sunt effecti contemptibiles, vt dixit Antonius de Butreo, licet nimis immodestè in cap. 2. de treg. & pac. & not. ex illo tex. quod
47 Clerici veniunt appellatione asinorum, vt etiam refert Ias. in l. generaliter col. fin. ff. de in Ius voc. & hoc propter multitudinem, & illitteraturam, & propterea Io. Monachus, & Cardin. in cap. Cum ex eo de elect. in 6.
48 dicunt, quod Ecclesia Romana indiget viris litteratis, & non asinis ferratis, de quo etiam per Felyn. in cap. Si quando col. 4. in fin. de rescript. & sequitur Matth. de Afflict. in Præludio Constit. Regni q. 26. in fin.

Et ex hoc dixit Ioan. Andreas in cap. fin. verb. signif. in 6. quem sequitur ibi Gemin.
49 in 3. col. quod si est concessum priuilegium alicui conferendi beneficia, non intelligitur de nepotulis asinis deferratis. Et ex hoc dixit etiam Felyn. in cap. Quærela col. 3. de
50 Iur. iur. quod illitteratus est magis exosus Canoni, quam homicida, & collatio facta

illit-

illitterato est statim nulla, vt ibi per eum, qui dicit de hoc nunquam obliuiscaris.

Qua de re summa ope niti debēt, qui desiderant ad Sacerdotium promoueri scientiam addiscere, ne pro defectu sciētiæ repellantur, vt in cap. Nisi cum pridem, §. pro defectu de renunciat. Nec debent se vilissimis,
51 & miseris dedicare, quia Sacerdotes dicuntur patres Regum, & Principum, vt in cap. Si quis dubitet 46. dist.

Et propterea Felyn. in Rubr. de maior. & obed. col. 4. inuehitur contra illos miseros Sacerdotes, qui hodie faciūt familiares cap-
52 pellanos, & castaldos. Et quod deterius est plerumque lenones Potentum laicorum: existimantium esse sibi ad vnum gradum gloriæ imperare, & conculcare in vilissimis obsequijs illos, quibus data est potestas ligandi, & soluendi, quasi habentes clauigerum in famulum, ac vile mancipium, & habetur etiam in tract. Ioan. De Terra rubea contra Rebelles in 3. tract. in 5. art. col. 10. in addictionibus.

Et ad prædicta non incongruè adducuntur, quæ dicit Ioan. Andreas in cap. Graue col. 1. de præbend. vbi dicit, quod cum qui-
dam

53 dam Canonici non possent concordare de Canonicis creandis conuenerunt in hoc, vt quilibet Canonicus crearet vnum nepotem, vel consanguineum ; dummodo nobilem , & tales erant persecutores Ecclesiæ, & indigni; Vnde quidam Romanus illius Ecclesiæ Canonicus nominauit asinum Canoniæ dicens illum alijs præferendum , quia semper procurauerat vtilitatem Ecclesiæ , & abstinuerat à damno , quod alij non fecerant, & refert etiam Ioan. Andreas vbi supra, B. Bernardum dicere , quod interdum Episcopus committit nepotulo duo millia animarum ,
54 cui non committeret duo pira. & ideò concludit Ioan. Andr. vbi supra, quod tales, qui præficiuntur Ecclesijs, debent habere scientiam , prudentiam , & experientiam tàm spiritualium, quàm temporalium , cap. Petrus 39. dist.

His addo, quod scriptum reliquit Ioannes Antonius de Nigris de vita , & honestate Clericorum nu. 4. in verbo Impunitatis, vbi
55 asserit , quod hodie Episcopi indifferenter maioribus septennio litteratis tonsuras conferunt, & ordines Clericales, adeò quod totum Regnum plenum sit Clericis secularibus

bus

bus laicaliter viuentibus, qui clericali habitu arma deferunt sæuis,& enormis se immiscentes,& voluptatibus inuoluti homicidia, furta, & cœtera maleficia passim committere non formidant, & vt vltionem criminum euadant, & gabellas fraudent se clericari faciunt, & ideò optima, & sancta ratione fuit extrauagans facta, vt non incedentes in habitu, & tonsura, & clericaliter non viuentes non gaudeant priuilegio. Ad prædicta etiã vide Petrum Bellug. in speculo Princip. in tit. de proposit. grauaminum, §. dubitatur. est etiam videndus Abb. in cap. Tuæ de app. vbi dicit, quod multi recipiunt primam tonsuram, & alios minores ordines, non, vt velint viuere clericaliter, sed, vt apprehensi in criminibus possint effugere pœnam secularem. Nullo habito respectu, quod Innoc. III. in Lateran. Gener. cap. vlt. statuit, quod Ecclesiæ Catholicæ orationi,& lectioni diligenter insistant, timoremque,& amorem diuinum habeant ante oculos suos. & S. Cregor. ad Augustinum asserit, quod sub Ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & cauendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis, vt, & linguam,

guam, & corpus Deo auctore conseruent.

56 Quartum vitium est, si Episcopi suorum subditorum, & præcipuè Clericorum excessus, & delicta punire, & corrigere negligant; audiant enim Episcopi isti tex. in cap. Irrefragabili de offic. ordin. cui infrascripta sunt verba.

Irrefragabili constitutione sancimus, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudenter, & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Vt autem correctionis, & reformationis officium liberè valeāt exercere, decernimus, vt executionem ipsorum nulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire, nisi formam in talibus excesserint obseruandam.

57 Considerare enim debēt huiusmodi Episcopi, quod impunitum facinus relinquentes, alijs præstant exemplum ad similia perpetrandum, cap. Nolit 35. q. 9. facit, cap. Peruenit 93. dist. & cap. Est iniusta 23. q. 4. & propter spem impunitatis, qui sunt nequam fiunt nequiores, cap. Fames de sentent. excommunic.

Sem-

58 Semper demum Episcopi præ oculis habere debent, quod eo ipso, quod illi tacent in corrigendis, & puniendis excessibus Clericorum, consentiunt, cap. Sit rector 43. dist. & facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, cap. Est iniusta 23. q. 4. & Episcopi dissimulando corrigere subditos mortaliter peccant, Glos. in cap. Clericis vers. Prælatis de Immunit. Eccles. lib. 6. Abb. in cap. 1. de treg. & pac.

Officium enim Pastorale tolerare errantem non est, aut non recipere corrigentem, cum impium sit manum negare conuersis, vt in simili dixit Innoc. in epist. 26. Iudex &
59 sic Episcopus, qui delictum probatum non punit est infamis. Petr. Foller. super pragm. 1.
60 num. 45. de Sodom. & non potest Deo pinguior victima mactari, quam homo iniquus
61 Farinac. q. 17. sub num. 3. nec crudelis est, qui maleficos occidit, cap. Non est crudelis 25. q. 5. & ait Psalmista letabitur iustus dum viderit vindictam, & quando delinquentes non puniũtur publica turbatur lætitia, Bald. in l. Nemo, C. de Episc. Audien. & tandem impunitas aliquorum multos alios morti tradit, & qui parcit malo, intelligitur nocere

re bono, Glos. in §.non permissas, auth. de mand. Princ. in verbo supplicium.

62 Vnde S. Gregorius Papa super Ezech. homil. 11. super illud sanguinem eius de manu speculatoris requiram, in hac materia sic scriptum reliquit. Pensandum est quantum sibi connexa sunt peccata subditorum, atque Præpositorum, qui vbi subiectus ex sua culpa moritur, ibi is, qui præest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. & si quando vos fratres ad iniquitatē defluitis etiam ex nostro reatu, hoc est obsistentes, atque reclamantes in prauis desiderijs non habetis. Vobis ergo, & nobis parcitis, si à prauo opere cessatis, vobis, & nobis parcimus, quando hoc, quod displicet non tacemus. oh quam liber cōmissorum sibi sanguine fuerat prædicator egregius, qui dicebat mundus sum à sanguine omnium, Non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis. Si enim non annunciasset, mundus à sanguine non esset, sed quibus omne consilium Dei annunciare studuit, ab eorum sanguine mundus fuit, in qua voce nos conuertimur, nos constringimur, nos rei esse ostendimur, qui Sacerdotes vocamur, qui

super

ſuper ea mala, quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus, quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi tacentes videmus. Cum verò dicitur ſanguinem eius de manu tua requiram, ſi hoc in loco ſanguinis nomine mors corporalis deſignatur, valdè nobis de noſtro ſilētio augetur metus, quia ſi in ſubiectis ſuis, is, qui Prælatus ad ſpeculandum eſt, & de mente corporis quandoque morituri tam grauiter reus tenetur, quo reatu de morte animæ, ſubiecti conſtringitur, quæ potuiſſet ſemper viuere, ſi verba correctionis audiſſet. Sanguis ergo morientis de manu ſpeculatoris requiritur, quia peccata ſubditi, culpa eſſe præpoſiti, ſi tacuerit, reputatur. Eſt ergo, quod faciat, vt etiam moriente ſubdito, ſe liberum reddat, ſurgat, inuigilet malis actibus contradicat. Tunc enim ſubiectus moritur ſine te, quando in cauſa mortis contradictorem pertulerit te. Nam morti, cui non contradicis adiungeris. Hæc Gregorius.

63 Quintum vitium eſt, ſi Epiſcopi ſint ſuperbi, & præeſſe hominibus, delectentur, & ſuorum honorum ſingularitate lætētur, audiant enim Epiſcopi iſti S. Gregor. relatum

mihi per S. Bonauenturam tit. de Prælatis malis to. 1. fol.246. quo in loco hæc habentur verba. Vnusquisque superbus Rector, & sic Episcopus, toties ad culpā Apostasiæ dilabitur, quoties præesse hominibus delectatur, honoris sui singularitate lætetur. Hæc S. Gregorius. Scriptum est enim Eccles. 10. odibilis coram Deo est, & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium.
64 Sextum vitium est, si sedentes coram ipsis Sacerdotes stare patiantur, nam in cap. Esto, cap. Episcopus in Ecclesia, & cap. Episcopus in quolibet 95. dist. legitur, quod Episcopus sedens stare presbyterum non patiatur, verum in loco publico Episcopus sedere debet in sublimiori loco, & in camera debet se reputare collegam Sacerdotum, scilicet parem Sacerdoti, vt dicit Abb. in cap. Peruenit de exces. Prælat. facit illud Ecclesi. 32. vbi legitur, Rectorem te posuerunt: noli extol-
65 li esto in illis, quasi vnus ex ipsis, Episcopus enim debet nominare Canonicos fratres, Cassan. in Catalo. Gloriæ Mundi par. 4. con-
66 sider. 32. col. 8. vers. 3. Cardinales verò appellantur fratres summi Pontificis, cap. Fundamenta in princip. de elect. in 6. & cap. Felicis

licis de pœnis in 6. Gundisal. de origin. & potestat. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nu. 6. Cassan. vbi supra, & Manfred. in tract. de Cardin. cap. 8.

67 Septimum vitium est, si Episcopi promoueant obligatos ad ratiocinia, seu ad reddẽdam rationem communitati, prout sunt sindici, & electi, nam hoc expressè prohibent tex. in cap. vnic. de obligatis ad ratiocinia, & tex. in cap. Legem 53. dist. est videndus R.P. Bartholom. à Sancto Fausto to. 1. Theolog. moral. lib. 5. cap. 117. vbi ampliat hanc
68 dispositionem procedere etiam, si ratiocinia essent priuata, imò huiusmodi obligati sunt irregulares, donec reddant rationem suarum administrationem post Suares disp. 51. sess. 3. nu. 23. testatur Glianes in d. Summa in verbo obligatus ad ratiocinia, & in verbo tutor, vbi triplicem rationem talis impedimenti assignat, & ne iuxta illud Horatij carmen.

Occidet miseros grambe repetita magistros.

Habeantur hic pro expressis, & replicatis, quibus adde nouissimè Rouit. decis. 20. n. 7.

69 Octauum vitium est, si Episcopi Ecclesiæ lapides, seu alia ornamenta surripiant, nam

excommunicatio eſt contra eos, qui lapides, ſeu alia ornamenta de Eccleſijs, ſeu de alijs locis ſacris ſurrepta habent, aut in ſurripiendo, ſeruando, vel retinendo, auxilium, vel fauorem præſtant, quæ excommunicatio reſeruatur Papæ, vt dicit Glianes in ſumma in verbo Eccleſiæ ornamenta.

70 Nonum vitium eſt, ſi Epiſcopis pro cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus etiam pro modicis ſummis menſæ Epiſcopali debitis contra quoſcunque per cenſuras immediatè procedant, hoc enim expreſsè Epiſcopis prohibitum eſt per Sacr. Concil. Trident. cap. 3. ſeſſ. 25. de reformat.
71 remedium enim conſurarum eſt ſubſidiarium, Farinac. deciſ. 327. nu. 5. vbi refert ita fuiſſe deciſum in Rota Romana, & allegat tex. in clemen. alma mater, §. caueat de ſentent. excommunic. in 6.

72 Caueant ergo Epiſcopi, & Iudices Eccleſiaſtici, ne ſint faciles in excommunicando maximè pro leuibus culpis, vt dicit tex. in cap. Nullus, & in cap. Nemo 11. q. 3. Apo-
73 ſtolum imitantes, qui non niſi ter excommunicauit, & pro grauiſſimis criminibus, vt habetur Galat. 1. cap. 1. ad Corinth. cap. 5.

& 1. ad

& 1.ad Thimot.cap.5.& cum excommunicationis pœna non possit infligi, nisi in subsidium, idcircò decisum refert Farinac. vbi supra, excommunicationem fulminatam contra quosdam tabernarios, ne in futurum aliquid venderēt, donec finita sit sacra concio in ea Ciuitate sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ non placuisse Dominis Rotæ Romanæ.

74 Postremò hic scire conuenit, excommunicationem proferendam non esse, quando Iudex, vel cognoscit, excommunicationem non fore medicinalem, hoc est excommunicatum non esse illi obtemperaturum. Hortien. Ioan. Andr. Ancaran. & Gemin. in cap. Romana, §. Sed nec de sentent. excommun. in 6. quos refert, & sequitur Ioan. Lupus in cap. Per vestras, §.18. nu.14. de donat. inter virum, & vxor. quæ quidem omnium recepta sententia (vt inquit Menoch. cons. 1000. nu.95. to.10.) comprobatur egregia authoritate D.Thom. 2. 2. q.43.art.7. cuius verba sunt. Ad primum ergo dicendum, quod pœnarum inflictio non est propter se expetenda, sed pœnæ infliguntur, vt medicinæ quædam ad cohibenda peccata. Et ideò in

tantum habent rationem Iuſtitiæ, in quantum per eas peccata cohibentur: ſi autem per inflictionem poenarum manifeſtum ſit plura, & maiora peccata ſequi, tunc poenarum inflictio non continebitur ſub iuſtitia, & in hoc caſu loquitur Auguſtinus. quando ſcilicet excommunicatione aliquorum imminet periculum ſchiſma: tunc enim excommunicationem ferre non pertinet ad veritatem Iuſtitiæ.

75 Item pro complemento notum eſſe debet Epiſcopis, quod ſi ab officialibus Regijs patiantur aliquid contra Ius; debent per alia opportuna remedia contra eos, & non primitus procedere ad excommunicationem contra Regios officiales, hoc benè probat conſtitutio Regni, quæ incipit Maieſtati noſtræ, & tex.in cap.Cum ſit generale ibi (remiſſiones) de foro compet.facit,cap.Si Clericus laicus eod.tit.quos ducit, & ſequitur Matth.de Afflict.in d.Conſtitut. Maieſtati num.1.

Ne Epiſcopi ſint tam faciles ad excommunicandum conſiderent, quod excommunicatio maior omnibus cœteris cenſuris
76 grauior eſt. Tum quia maxima poena eſt

inter

inter homines esse,& hominum carere consortio. Tum quia per eam quis Sathanæ traditur in interitum carnis 1. Corinth. 5. & D. August. de verb. Apost. serm. 68. omnis Christianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Sathanæ traditur: quomodo, quia scilicet extra Ecclesiam Diabolus est: sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica communione remouetur: & idem August. l. 1. contra legis prophet. cap. 17. ait, Grauius est hominem excommunicari, quam si gladio feriretur, flammis exuretur, ferias subijceretur. Ideò ab Vgolino excommunicatio mors appellatur, quia sicut mortuus vitæ huius fructibus caret; ita excommunicatus spiritualis vitæ fructibus priuatur, & S. Bernardus. Viderint in quanto periculo sint excommunicati, pro quibus Ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis,& Hæreticis, & pro Gentilibus orat. Cum enim in Parasceue nominatim oretur pro quibuslibet malis, nulla tamen mentio fit de excommunicatis. S. Hieronymus, vt refertur in cap. Nihil, §. Item quorum remiseritis peccata, idest quibus Ecclesiam interdixeritis, nisi

reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ianua Regni cœleſtis clauſa erit. & D.Chryſoſt. 11. q.3. cap. Nemo inquit. Nemo contemnat vincula Eccleſiaſtica; quia non eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, & clement. l. 1. Conſtitut. Apoſtol. cap. 21. dicit: Ad excommunicatum continuò accedunt truculenti lupi, ideſt Demones. Ideò ad ferendam ſententiam excommunicationis non debet feſtinare Iudex, ſed maturè procedere, nec pro quolibet delicto debet eam ferre iuxta illud Poëticum.

Si quoties peccāt homines ſua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

77 Decimum vitium eſt, ſi Epiſcopi eleemoſynas facerent de bonis alienis, prout ſunt illi Epiſcopi, qui pane molitum abſque ſolutione gabellæ diſpenſare pauperibus faciunt inuitis ipſis gabellarijs, audiant enim Epiſcopi iſti S. Ambroſium relatum in cap. Denique 14. q. 5. vbi hæc habentur verba. Denique ſi nō poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, cōmodius eſt neutrū iuuari, quam grauari alterum, ita tenet Nauar. per hunc tex. tit. de eleemoſ. nu. 59. fol. mihi 227. iſti enim Epiſcopi addunt iniquitatem iniquitati,

tati,& diabolica suggestione mouentur,imò etiam si auferant auaro,& diuiti,vt pauperibus largiantur, tex. est expressus in cap.Fortè 14. q.5.

78 De iniustè enim acquisitis non potest fieri eleemosyna docet D.Tho.2.2.q.32.art.7. in corpore,vbi subdit,quod tripliciter potest aliquid esse acquisitum illicitè,ad quem me remitto,& licet eleemosyna regulariter spectet ad singulos, tamen non de alieno, sed de suo fieri debet, Nouar.de incert. & male ablat. priu. in prælud. num. 9. vnde legitur Leu.2.omnis oblatio, quæ offertur Domino absque fermento erit, scilicet iniustæ acquisitionis Prou. 4. honora Dominum de tua substantia Tob. 2. filij de tua substantia fac eleemosynam.

79 Hic scire non incõgruum est,quod,vt facilius Episcopus pauperibus subueniat eleemosynam petere ijs permittere non debet, qui necessitate non præmuntur. Hi verò eleemosynis veros pauperes priuant,& grauiter sic mendicantes peccant, cùm id accipiant, quod pauperum est, cap.Pastor, &

80 cap.Si quis 1.q.2.vnde pauperum gratia,vt facilius Episcopus hoc agat, pauperum no-

tam

tam habere debet, sicut S. Siluest. Gregor. & S. Ioan. Eleemosynarius faciebant, quandoquidem Episcopus non solum pauperibus subuenire habet, vbi vltrò eleemosynas ipsi petũt, verum etiam inquirere, qui nam pauperes sint, cum pauperum viduarum honestas, & virginum pudor periclitetur, Vgolin. de offic. & potest. Episcopi cap. 24. c. 2. q. 1.

81 Præterea aduertere debẽt Episcopi, quod si eleemosynas facerent non intentione rectissima placendi Deo, sed ad captandam auram popularem vitium est. Id enim Dominus noster disertis verbis docet, cum ait. Cum facis eleemosynam noli tuba canere, vt nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua, vt legitur Matth. 6. Explicant hunc locum S. Augusτ. in explicat. Epistol. S. Ioannis tract. 6. vbi per sinistram intelligit intentionem faciendi eleemosynam, propter honorem temporalem, vel aliud quodcunque temporale lucrum: per dexteram significari dicit intentionem faciendi eleemosynam, propter vitam æternam, propter gloriam Dei, & propter proximi charitatem.

82 Facienda enim est eleemosyna promptè, & facilè, vt non videatur extorta præcibus,

nec

nec differatur de die in diem, si statim fieri possit. Ne dicas, inquit, Sapiens Prouerb.3. vade, & reuertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. Abraham amicus Dei rogat hospites, vt ad se diuertant, non expectat, vt ab eis rogetur, vbi legitur Genes. 18. Quod idem fecit nepos eius iustus Loth. Genes. 19. sic etiam Tobias non expectabat pauperes, vt ad se venirent, sed ipse eos quęrebat Tob. cap. 1.

83 Vndecimum vitium est, si de facto inhiberent confessarijs, ne aliquem Christianum audiant non alia de causa, quia monuit Episcopum, vt Sacros Canones obseruet, causa tollendi aliquod scandalum. Et maximum vitium est, si contra debitum modestiæ huiusmodi Episcopi ob dictā causam suos subditos ignorantes, & cum magna alteratione

84 publicè appellent. Nam Episcopis displicere non debet, quod subditi ex præcepto admonere, & corrigere suos Prælatos tenentur. D. Tho. 2.2.q.33. art.4. vbi refert illud Apostoli ad Coloss. vltim. Dicite Archippo Episcopo ministerium adimple; Quātum enim ex vitæ meritò, quis Ecclesiam ædificat, tantum nocet, si distrahentibus nō resistat, cap.

San-

Sanctam 2.q.7.& in cap. Admonendi ead.q. vbi legitur, quod admonendi sunt subditi, ne plus quam expedit sint subiecti, & quod vitia Prælatorum reprehendere studeant.

85 Ex quibus infertur, quod subditi monitiones subditorum spernere non debent, idcircò arguendi sunt, si dum admonentur à suis subditis accenduntur ad iram, & perturbationem; nam hoc expressè per Canones reperitur prohibitum. vt inquit Archid. in cap. Sequitur 45. dist. huiusmodi enim monitiones possunt prodesse, & nihil obesse, tantò magis, quod nemo in Ecclesia nocet amplius, quam qui peruersè agens, nomen, vel ordinem, sanctitatis habet, c. Nemo 83. dist.

86 Magna etenim temeritas esset, si arguitionibus stare Episcopi dedignentur, quasi ipsi peccatores non essent. Tum quia ipsemet Deus arguitionibus stare pronus se obtulit teste Propheta Isaia cap. 1. ibi lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus, vide Card. Baronium annali.

li. 1065. littera E, fol. 367. tomo 11. in terminis.

87 Tum quia difficilè est in quacunque re (vt scriptum reliquit Arist. 3. ethic. cap.9.) vt officio non desis, quandoquidem in omni remedium perspicere difficile,& ideò,qui ad medium contendit, eoque dirigit mentem, primum debet ab eo discedere, quod contrarium magis est. Natura enim inclinamur,alij ad vnum vitium,alij ad alterum, & qui nimis vitio adhæret vituperãdus est, & qui parum vitio adhæret nõ vituperatur, nam iusti vocabulum non perdit, qui peccat,& resurgit, cap.Septies de pœnit.dist.3.

88 Pro prænarratorum corroboratione addendum est,quod non potest quis in hac vita certitudinaliter scire se esse in gratia Dei, quamuis coniecturaliter ex operibus possit conijci Conc. Trid. sess.6. de Iustific. cap.9. cum enim Christianus in hac vita,sit viator potest ad bonum,& ad malum verti (& vtinam non potius ad malum)ideò non est affirmãdum,aliquẽ saluum esse,vt est dictum, & Menoch. cons.82. Nescit homo in hac vita,an amore,vel odio dignus sit.Eccl.cap.9. nescit finem suum, iustus perit in Iustitia sua,

ſua, & impius multò viuit tempore in malitia ſua ibidem cap. 7. quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda,& iudicanda eſt : ſed Dei,qui illuminabit abſcondita tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium ad Rom.6. & ead. ſeſſ. cap.16.in fin.Nam ſi quis dixerit,ſe non habere peccatum, ſe ipſum ſeducit, & veritas non eſt in eo.Ioan.in ſua prior.cap.9. & ideò dixit Ieſus Redemptor noſter Matth. 18. ne dum ſepties poteſt peccare iuſtus,ſed etiam ſeptuages ſepties,vnde legitur apud Iob 15. quid eſt homo,vt immaculatus ſit, vt iuſtus appareat natus de muliere?

89 Imò aſſerere, quem iuſtum certò ſcire ſe eſſe in Dei gratia,& ſecurum de vita æterna in hæreſim Lutheri incidit,contra quam eſt determinatio Sanctæ Eccleſiæ in Conc. Trident.in d.ſeſſ.6. cap.12. Hinc legitur in cap.
90 Sanè 24.q.2. Origenem poſt mortem fuiſſe anathematizatum, ex quo dixit, omnem hominem eſſe ſaluãdum per illud.Nihil odiſti eorum,quæ feciſti. & ita dicebat, Deum adeò miſericordem, quod non iuſtum. Præterea dicit, Chriſtum iterum paſſurum in ãere pro diabolis ſaluandis. Sed meritò iſta

cum

cum authoris ſententia damnata ſcripta ſunt: alia verò eius opuſcula quædam recepta ſunt:ſed dic,quod recipiuntur,non quia eius ſunt, ſed quia Eccleſia approbauit, ita docet Gloſ. in d. cap. planè in verbo Originem.

91 Decimumſecundum vitium eſt,ſi Epiſcopi glorientur laudibus malorum,cum miſerrimus ſit Epiſcopus, qui malorum laudibus gloriatur,tex.eſt expreſſus in c.Nihil 83.diſt. nam ex hoc facto maxima pernicies oritur circa ſubiectos, quia Prælatus, qui laudibus gloriatur timet corrigere delinquentes.

92 Decimumtertium vitium eſt ſi officia Eccleſiaſtica non diſtribuerēt ſecundum qualitatem perſonæ, & vni perſonæ duo committerent;cum hoc expreſsè eis vetitum ſit
93 per tex.in c.Singula 89.diſt. tenentur enim Epiſcopi iuſtè beneficia ſimplicia,ſiue curata adeò, vt ſi indignis conferant mortaliter peccent, & tenentur ad reſtitutionem fructuum omnis beneficij, vt Silueſt. in verbo Reſtitutio 3.§.5. Sot.q.3. & reſtitutio, vt dicunt iſti facienda eſt Eccleſiæ.

Nec eſt ſatis cōferre digno relicto digniori, aliter mortaliter peccarent Epiſcopi, ſed

non

non tenentur ad restitutionem, vt inquit Sotus loco citato.

94 Decimumquartum vitium est, si Episcopi in familijs suis tenerent homines indisciplinatos, cum hoc expressè repugnaret dispositioni, tex. in cap. Sicut ij qui, §. necesse 47. dist. & cap. Peruenit 2. q. 7. viros boni testimonij semper Episcopi secum habere debent, cap. Episcopi 12. q. 2. & Episcopi puniuntur tàm temporaliter, quàm æternaliter, si sui familiares delinquant, & eos non corrigant, vt in cap. Sicuti, qui in d. §. necesse.

Pro omnibus tibi subiectis, qui in domo tua sunt rationē Deo reddere debes, inquit August. in Epist. ad quendam Comitem. Reuera mihi videtur esse ars artium, disciplina disciplinarum hominem regere, qui certè est inter omnes animantes, maximè & moribus, & voluntate diuersus: dicit Gregor. Nazianz.

95 Aduertere enim debent Episcopi, quod etiam de factis suorum subditorum reddituri sunt Deo rationem, ita docet D. Thom. ad Hebræos cap. 13. lect. 3. quod maximum periculum est, Episcopum de factis alienis

ratio-

rationem reddere, qui pro suis non sufficit. in 3.Reg. 20. legitur. custodi virum istum: qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima illius.

96 Qua de re Episcopi inuigilare tenētur super greges suos Ecclesiasticos, & seculares, debent prorsùs extirpare vitia publica, & manifesta Populi, & considerent, quod nec satisfaciunt suis officijs, si ignorent, quia diligenter quærere debent de omnibus rebus, & sicut nouerca odit priuignum, ita negligentia correctionem, & disciplinam, Glos. in d.cap.Nihil 83.dist.

97 Decimumquintum vitium est, si Episcopi in Ecclesias suas Bannitos reciperent, & in eis occultarent, aut illis auxilium, & consilium, fauorem, seu victum, aut vestitum, vel alias res necessarias directè, vel indirectè quomodolibet præstare audeant, atque præsumerent. nam Episcopi isti in excommunicationem incidunt, cuius absolutio est Papæ reseruata, quæ excōmunicatio latæ sententiæ in Regno hoc Neapolitano procedit, prout legitur ex Breui Sixti V. die 20. Maij 1589. de quo Quaranta in Bull. vers. Bannitorum fautores.

98 Decimumſextum vitium eſt, ſi Epiſcopi indiſtinctè permitterent concedi monitoria à ſuis Vicarijs pro rebus parui momēti, cum hoc expreſsè repugnet Sac. Conc. Trident. ſeſſ.25. de reformat. cap. 3. ibi iubet, vt non decernantur huiuſmodi monitoria, niſi pro re non vulgari, ergo pro re graui, & magni momenti concedi debent, idem voluit Pius V. in Bulla incipiens Sanctiſſimus, quæ eſt in ordine 183. idque meritò, nam excommunicatio eſt omnium pœnarum Eccleſiæ maxima Vgolin. de cenſ. tab. 2. cap. fin. &
99 dum Epiſcopi ſuorum Vicariorum erroribus non reſiſtunt, conſentiunt, tex. eſt expreſſus in cap. Error 83. diſt. cuius hæc ſunt verba. Error cui non reſiſtitur approbatur, & veritas, cum maximè defenſatur, opprimitur. negligere quippè cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere. nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiaſſe.

100 Decimumſeptimum eſt, ſi Epiſcopi multa peccata, & ſi non ſint grauiora ſibi reſeruarent, nam hoc expreſsè repugnat Decreto ædito à Sacra Congregatione S.R.E. Cardin. in negot. & conſult. Epiſcop. vbi habetur,

tur, quod Episcopi pauca sibi reseruare debent, ibi, sed ne ordinarij locorum, ad quos casuum reseruatio spectat, & in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos magnoperè rursùs admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem ad destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti pœnitentię ministrorum coarctata potestate Sãctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur.

Vgolinus enim de offic. & potest. Episcopi cap. 38. num. 4. par. 2. siç asserit. Plurium reseruatio, ne forum conscientiæ Sacerdotibus odiosum, & pœnitentibus inutile redderetur; Nam pœnitentes, qui animum confitendi peccata habent, vbi vident, se à Parrocho absolui non posse pertimescentes Ordinarium adire, in peccatis perseuerant, & in eadem, & grauiora sæpius incidunt, quod in pœnitentibus sæpius animaduerti. Confessarij etiam non facilè ad audiendas

confeſſiones accedunt dubitando ſæpius, ne in pœnas incidant, quo caſu de ſuperioribus anſam malè loquendi ſumunt, præſertim, quod ordinarij egrè abſoluendi licentiam tribuunt: Peccata igitur pauca ſibi reſeruabunt, quod & Clemens VIII. animaduertit.

101 In peccatis verò carnalibus reſeruan*dis* Epiſcopi multa vtantur circumſpectione, propter periculum ſcandalorum in his maximè perſonis, in quas ob acceſſum ad confeſſarios extraordinarios ſuſpitionis aliquid cadere poteſt, ita habetur in litteris Sacræ Cõgregationis, quas refert Stephanus Quaranta in Summa Bullar. in verbo Caſus reſeruati pag. 164. verſ. prætereà verò, *vide* Sac. Concil. Trident. cap. 7. ſeſſ. 14. de confeſſione.

Ex quibus infertur, quod malè, & imprudenter ſe habent Epiſcopi ſibi reſeruantes
102 peccata eorum, qui aperiunt litteras alienas, ex eo quia, huiuſmodi peccata, ne dum non ſunt de atrocioribus, & grauioribus, & in multis caſibus aperientes litteras alienas culpa excuſari poſſ[illegible] audiant enim Epiſcopi iſt[illegible] r. tit. 1. cap. 22. §. 2.

ſin-

ſingulariter aſſerentem, inimicum mittentis, vel eius cui mittitur, epiſtolam abſque peccato reſerare poſſe, ſi per illam aliquid damni ſibi parari iuſtè timet. quod videtur habere locum etiam, quando probabiliter timetur datum iri per eam aliquod damnũ iniuſtum alteri, è quo illi impediat illam reſignat. argumento, cap. Non inferenda 23. q. 3. & eorum, quæ ibi congerit Nauarrus, qui in ſuo Manuali cap. 18. num. 53. ſic aſſerit in hac materia. Peccat autem, ſed non niſi venialiter, qui aperit litteras ſine conſenſu imprudenter putans eas ad ſe miſſas, aut ob curioſitatem ſine vlla intentione nocendi notabiliter, & ſine vllo nocumẽto notabili, aut periculo probabili eius inferendi ſola cauſa ſciendi noua, vel captandi riſum in barbara compoſitione, aut in elegante, voluptate, quia id non eſt contra charitatem Dei, & proximi neceſſario habendam, peccaret tamen mortaliter, ſi id faceret cum prædicta intentione, vel prædicto nocumento, aut periculo certo, vel probabiliter dubio nocendi, quia eſt falſarius, vt ait Gloſ. approbata in cap. Cum olim de offic. deleg.

103 Quibus adde, quod malè, & impruden-

ter etiam se habent Episcopi sibi reseruantes peccata eorum, qui habent multa dolia vini generosi, cui apponunt magnam quantitatem aquæ, sed ex illa imistione non efficitur deterius, eo quod passim venditur ab alijs, ex eo quia huiusmodi venditores non peccant, sed possunt tuta conscientia sine onere restitutionis in vẽditore talis vini exigere totum prætium taxatum, Lopes in Instruct. conscient. part. 2. cap. 47. alias 192. Ioan. de la Crux in Direct. conscient. par. 1. præcept. 7. q. 6. dub. 6. conclus. 2. Less. lib. 2. cap. 21. dub. 11. nu. 82. Bonac. disp. 3. de construct. q. 2. punct. 6. num. 17. quos adducit, & sequitur Diana tract. 8. de contractib. & cambijs resol. 51.

104 Decimumoctauum vitium est, si Episcopi constituent Vicarios non doctos, seu alios ad officium ineptos, qui per se ipsos exercere nequeunt, nam huiusmodi Episcopi grauiter peccant, tenenturq. ad restitutionem propinarum, vulgò assessorias, quas ipsi Vicarij faciũt solui assessori, & ita est accipiendum, quod tradit Sbrot. de offic. Vicar. q. 36. lib. 1. Garsia de Benefic. 5. par. cap. 7. nu. 17.

105 & seq. vbi subdit, quod etiam, qui acce-

ptant

ptant officium, ad quod sunt inepti grauiter peccant, & ad restitutionem tenentur damnorum,& expansarum,quas à partibus iniquè extorquent pro assessore, est videndus Vgolin. loco citato cap.4.§.8.par.1. vbi asserit, quod Vicarius Episcopi in Iure Pontificio,& Ciuili versatus esse debet,item moralem Theologiam non ignorare ita,& taliter, quod per se ipsum valeat officium exercere. Hinc pluries censuit Sacra Congregat. Concilij super cap.13. sess. 24. de reformat. quod Vicarius sede vacante Episcopali eligi debet Doctor, alias electio est irrita, refert Garsia vbi supra nu.10.& seq.

106 Caueant ergo Episcopi, ne constituant Vicarios non Doctores,seu alios ad officium ineptos, qui per se ipsos execere nequeunt,

107 tãtò magis, quod Reipublicè magis damnosum est habere Iudicem abundantem sale bonæ conscientiæ,sed egentem sale scientiæ, quam habere Iudicem abundantem sale scientiæ,sed egentem sale bonæ conscientiæ,cum experientia doceat, huiusmodi Iudices consciențiatos,sed illitteratos,& indoctos nescientes iudicare inter lepram, & lepram multoties in genere æqui, & boni sub

authoritate Iuris ſcientiæ perniciosè errare, l. ſi ſeruum, §. ſequitur propè finem, ff. de verb.obligat.

Hinc dixit Barbatius in d.cap.Quoniam, §.in alijs nu.2.extr.vt lit.non conteſt. quod
108 Iudex bonæ conſcientiæ,& imprudens videtur eſſe quædam beſtia inſipiens. Applicant enim terminos falſos deciſioni cauſarum per quaſdam primas regulas, quæ illi caſui nullo pacto conueniunt, prout fertur de illo Iudice, qui abſoluit hæredem debitoris ab omni ære alieno per defunctum contracto ſub prætextu, quod illud æs alienum contractum per mortem debitoris eſſet ſolutum ex illa iuris regula,quod ſcilicet mors omnia ſoluit. Tales enim Iudices indocti,illitterati, & ignari imitantur medicos ignaros, qui vnico collirio omnium oculos mederi volunt.

Nec remedium adhibendi cõſilium amici peritioris eſt ſufficiens ad ſupplẽdum defectum ſcientiæ in eo: nam hoc eſt de directo contra ſtatutum ab Imperatore in auth. de Iudic.in princip.propè finem, & ibi Gloſ. in verbo, Qui ex ſe, vbi ait, quod Iudices ex ſe debent ſcire,quod iudicandum eſt,& non

quæ-

quærere alios, à quibus discant, quid iudicaturi sint, nam id, quod non capit ex doctrina peritioris mortui, & non interessati, multò minus capit ex doctrina peritioris viuentis,& multoties interessati; nam quis custodit custodem? iuxta illud Pöeticum dictum Iuuenalis Satyr.6. relatum ab Andrea in cap.1. §.iniuria num. 16. de pace Iuram. firm. & ad hoc, vt ius suum vnicuique tribuatur hæc leguntur pœnes Rouitum super Pragmat. Regni in Rubr. de sale vendendo num.7.& seq.adde Matth.Pelegr.in suis declarat.Politic.declarat.5.vbi latè.

109 Decimumnonum vitium est, si faciant gaudere Canonicos à choro absentes cum ipsis distributionibus quotidianis, quæ interessentibus tantum debentur, etiam si sint Canonici cum Episcopo in visitatione, ita decisum refert in Sacra Congreg. Garsia de Benefic.cap.2.nu.347.par.3.

110 Vigesimum vitium est, si Episcopi conferant primam tonsuram illitterato, qui saltem requisita à Tridentino sess.23.cap.4.de reform. non habeat,vel infanti infra septennium, nam huiusmodi Episcopi suspenduntur per annum à collatione primæ tonsuræ,

cap.

cap. fin. de temp. ordin. in 6. Suares de Censſ.
111 diſp. 31. ſect. 5. num. 1. & seq. Tonſura eſt gradus primæuus, quæ ſolet iuuenibus conferri, de quibus ſpes eſt, vt ſtudeant, & doctiores fiant, vt habetur in d. cap. fin.
112 Debent enim Epiſcopi conferre ordines dignis, at primùm ordinandi debent habere mores debitos, doctrinam debitam, & ſufficientes redditus, aliter iuxta Concil. Trident. in d. ſeſſ. 23. cap. 3. 4. 5. 6. & ſeq. non ſunt ordinādi, ſi verò Epiſcopi ordinauerint Sacerdotem indignum, ſuſpenditur à collatione ordinis Sacerdotalis, cap. Si quis Epiſcopi 1. q. 1. & non immeritò, quia Ius Canonicū magis abhorret illitteratum, quam homicidam, quia collatio beneficij facta homicidæ tenet, ſecus ſi fiat illitterato, quia eſt ipſo iure nulla, Felyn. in cap. Si quando num. 30. de reſeruat.

Audiant Epiſcopi ordinantes indignum Sacerdotem, quid dixit B. Petrus Apoſtolus S. Leoni I. Pontifici Maximo, qui (vt inquit Baronius Prat. Spir. cap. 149. to. 6. ann. 461.) Æqualis Angelis quadraginta dies perſeuerauit ad ſepulcrum Apoſtoli Petri vigilijs, & orationibus inſiſtens, petenſq. ab Apoſtolo,

vt

vt pro ſe apud Deum intercederet, vt dimitterentur peccata ſua: impletis diebus quadraginta apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicēs ei: oraui pro te, & dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua, præterquam impoſitionis manuum, hoc ſolum abs te requiretur, ſiue benè, ſiue fortaſsè malè egeris. quæ vltima verba, vt obſeruat Baronius loco citato, non poſſunt intelligi de culpa, cuius dimiſſio nō poteſt dimidiari; ſed intelligitur de pœna, quam daturus fuiſſet S. Leo pro peccatis illorum, qui à ſe indignè promoti fuiſſent ad ſacros ordines, & gradus Eccleſiaſticos cōmunicans, ita peccatis illorum, vt admonet S. Paulus ad Thimot. dicens manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.

113 Vigeſimumprimum vitium eſt, ſi Epiſcopi malitioſè, & faudulenter falsò aliquem de fide inquiſierint, vel è contra, ſi odij gratia, vel amoris, vel lucri cauſa in huiuſmodi cauſis fidei procedere omiſerint, nam Epiſcopi iſti pœna ſuſpenſionis ab officio per triennium, alij verò excommunicationis ſententiam ipſo iure incurrunt, tex. eſt expreſſus in clement. 1. §. verum il 2. de hæreticis,

98 Decimumſextum vitium eſt, ſi Epiſcopi indiſtinctè permitterent concedi monitoria à ſuis Vicarijs pro rebus parui momēti, cum hoc expreſsè repugnet Sac. Conc. Trident. ſeſſ.25. de reformat. cap. 3. ibi iubet, vt non decernantur huiuſmodi monitoria, niſi pro re non vulgari, ergo pro re graui, & magni momenti concedi debent, idem voluit Pius V. in Bulla incipiens Sanctiſſimus, quæ eſt in ordine 183. idque meritò, nam excommunicatio eſt omnium pœnarum Eccleſiæ maxima Vgolin. de cenſ. tab. 2. cap. fin. &
99 dum Epiſcopi ſuorum Vicariorum erroribus non reſiſtunt, conſentiunt, tex. eſt expreſſus in cap. Error 83. diſt. cuius hæc ſunt verba. Error cui non reſiſtitur approbatur, & veritas, cum maximè defenſatur, opprimitur. negligere quippè cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere. nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiaſſe.
100 Decimumſeptimum eſt, ſi Epiſcopi multa peccata, & ſi non ſint grauiora ſibi reſeruarent, nam hoc expreſsè repugnat Decreto ædito à Sacra Congregatione S.R.E.Cardin. in negot. & conſult. Epiſcop. vbi habetur,

tur, quod Episcopi pauca sibi reseruare debent, ibi, sed ne ordinarij locorum, ad quos casuum reseruatio spectat, & in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos magnoperè rursùs admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem ad destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti pœnitentię ministrorum coarctata potestate Sãctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur.

Vgolinus enim de offic. & potest. Episcopi cap. 38. num. 4. par. 2. sic asserit. Plurium reseruatio, ne forum conscientiæ Sacerdotibus odiosum, & pœnitentibus inutile redderetur; Nam pœnitentes, qui animum confitendi peccata habent, vbi vident, se à Parrocho absolui non posse pertimescentes Ordinarium adire, in peccatis perseuerant, & in eadem, & grauiora sæpius incidunt, quod in pœnitentibus sæpius animaduerti. Confessarij etiam non facilè ad audiendas

confessiones accedunt dubitando sæpius, ne in pœnas incidant, quo casu de superioribus ansam malè loquendi sumunt, præsertim, quod ordinarij egrè absoluendi licentiam tribuunt: Peccata igitur pauca sibi reseruabunt, quod & Clemens VIII. animaduertit.

101 In peccatis verò carnalibus reseruandis Episcopi multa vtantur circumspectione, propter periculum scandalorum in his maximè personis, in quas ob accessum ad confessarios extraordinarios suspitionis aliquid cadere potest, ita habetur in litteris Sacræ Cōgregationis, quas refert Stephanus Quaranta in Summa Bullar. in verbo Casus reseruati pag. 164. vers. prætereà verò, vide Sac. Concil. Trident. cap. 7. sess. 14. de confessione.

Ex quibus infertur, quod malè, & imprudenter se habent Episcopi sibi reseruantes
102 peccata eorum, qui aperiunt litteras alienas, ex eo quia, huiusmodi peccata, ne dum non sunt de atrocioribus, & grauioribus, & in multis casibus aperientes litteras alienas culpa excusari possunt, audiant enim Episcopi isti S. Antoninum 2. par. tit. 1. cap. 22. §. 2.

sin-

ſingulariter aſſerentem, inimicum mittentis, vel eius cui mittitur, epiſtolam abſque peccato reſerare poſſe, ſi per illam aliquid damni ſibi parari iuſtè timet. quod videtur habere locum etiam, quando probabiliter timetur datum iri per eam aliquod damnũ iniuſtum alteri, è quo illi impediat illam reſignat. argumento, cap. Non inferenda 23. q. 3. & eorum, quæ ibi congerit Nauarrus, qui in ſuo Manuali cap. 18. num. 53. ſic aſſerit in hac materia. Peccat autem, ſed non niſi venialiter, qui aperit litteras ſine conſenſu imprudenter putans eas ad ſe miſſas, aut ob curioſitatem ſine vlla intentione nocendi notabiliter, & ſine vllo nocumẽto notabili, aut periculo probabili eius inferendi ſola cauſa ſciendi noua, vel captandi riſum in barbara compoſitione, aut in elegante, voluptate, quia id non eſt contra charitatem Dei, & proximi neceſſario habendam, peccaret tamen mortaliter, ſi id faceret cum prædicta intentione, vel prædicto nocumento, aut periculo certo, vel probabiliter dubio nocendi, quia eſt falſarius, vt ait Gloſ. approbata in cap. Cum olim de offic. deleg.
103 Quibus adde, quod malè, & impruden-

ter etiam se habent Episcopi sibi reseruantes peccata eorum, qui habent multa dolia vini generosi, cui apponunt magnam quantitatem aquæ, sed ex illa imistione non efficitur deterius, eo quod passim venditur ab alijs, ex eo quia huiusmodi venditores non peccant, sed possunt tuta conscientia sine onere restitutionis in vẽditore talis vini exigere totum prætium taxatum, Lopes in Instruct. conscient. part. 2. cap. 47. alias 192. Ioan. de la Crux in Direct. conscient. par. 1. præcept. 7. q. 6. dub. 6. conclus. 2. Less. lib. 2. cap. 21. dub. 11. nu. 82. Bonac. disp. 3. de construct. q. 2. punct. 6. num. 17. quos adducit, & sequitur Diana tract. 8. de contractib. & cambijs resol. 51.

104 Decimumoctauum vitium est, si Episcopi constituent Vicarios non doctos, seu alios ad officium ineptos, qui per se ipsos exercere nequeunt, nam huiusmodi Episcopi grauiter peccant, tenenturq. ad restitutionem propinarum, vulgò assessorias, quas ipsi Vicarij faciũt solui assessori, & ita est accipiendum, quod tradit Sbrot. de offic. Vicar. q. 36. lib. 1. Garsia de Benefic. 5. par. cap. 7. nu. 17.
105 & seq. vbi subdit, quod etiam, qui acce-

ptant

ptant officium, ad quod ſunt inepti grauiter peccant, & ad reſtitutionem tenentur damnorum,& expanſarum,quas à partibus iniquè extorquent pro aſſeſſore, eſt videndus Vgolin. loco citato cap.4.§.8.par.1. vbi aſſerit, quod Vicarius Epiſcopi in Iure Pontificio,& Ciuili verſatus eſſe debet,item moralem Theologiam non ignorare ita,& taliter, quod per ſe ipſum valeat officium exercere. Hinc pluries cenſuit Sacra Congregat. Concilij ſuper cap.13. ſeſſ. 24. de reformat. quod Vicarius ſede vacante Epiſcopali eligi debet Doctor, alias electio eſt irrita, refert Garſia vbi ſupra nu.10.& ſeq.

106 Caueant ergo Epiſcopi, ne conſtituant Vicarios non Doctores,ſeu alios ad officium ineptos, qui per ſe ipſos execere nequeunt,
107 tãtò magis, quod Reipublicè magis damnoſum eſt habere Iudicem abundantem ſale bonæ conſcientiæ,ſed egentem ſale ſcientiæ, quam habere Iudicem abundantem ſale ſcientiæ,ſed egentem ſale bonæ conſcientiæ,cum experientia doceat, huiuſmodi Iudices conſcientiatos,ſed illitteratos,& indoctos neſcientes iudicare inter lepram, & lepram multoties in genere æqui, & boni ſub

authoritate Iuris scientiæ perniciosè errare, l. si seruum, §. sequitur propè finem, ff. de verb.obligat.

Hinc dixit Barbatius in d.cap.Quoniam, §.in alijs nu.2.extr.vt lit.non contest. quod
108 Iudex bonæ conscientiæ,& imprudens videtur esse quædam bestia insipiens. Applicant enim terminos falsos decisioni causarum per quasdam primas regulas, quæ illi casui nullo pacto conueniunt, prout fertur de illo Iudice, qui absoluit hæredem debitoris ab omni ære alieno per defunctum contracto sub prætextu, quod illud æs alienum contractum per mortem debitoris esset solutum ex illa iuris regula, quod scilicet mors omnia soluit. Tales enim Iudices indocti, illitterati, & ignari imitantur medicos ignaros, qui vnico collirio omnium oculos mederi volunt.

Nec remedium adhibendi cōsilium amici peritioris est sufficiens ad supplēdum defectum scientiæ in eo: nam hoc est de directo contra statutum ab Imperatore in auth. de Iudic. in princip. propè finem, & ibi Glos. in verbo, Qui ex se, vbi ait, quod Iudices ex se debent scire, quod iudicandum est, & non quæ-

quærere alios, à quibus discant, quid iudicaturi sint, nam id, quod non capit ex doctrina peritioris mortui, & non interessati, multò minus capit ex doctrina peritioris viuentis,& multoties interessati; nam quis custodit custodem? iuxta illud Pöeticum dictum Iuuenalis Satyr.6. relatum ab Andrea in cap.1. §.iniuria num. 16. de pace Iuram. firm. & ad hoc, vt ius suum vnicuique tribuatur hæc leguntur pœnes Rouitum super Pragmat. Regni in Rubr. de sale vendendo num.7.& seq.adde Matth.Pelegr.in suis declarat.Politic.declarat.5.vbi latè.

109 Decimumnonum vitium est, si faciant gaudere Canonicos à choro absentes cum ipsis distributionibus quotidianis, quæ interessentibus tantum debentur, etiam si sint Canonici cum Episcopo in visitatione, ita decisum refert in Sacra Congreg. Garsia de Benefic.cap.2.nu.347.par.3.

110 Vigesimum vitium est, si Episcopi conferant primam tonsuram illitterato, qui saltem requisita à Tridentino sess.23.cap.4.de reform. non habeat,vel infanti infra septennium, nam huiusmodi Episcopi suspenduntur per annum à collatione primæ tonsuræ,

cap.

cap. fin. de temp. ordin. in 6. Suares de Censf.
111 disp. 31. sect. 5. num. 1. & seq. Tonsura est gradus primæuus, quæ solet iuuenibus conferri, de quibus spes est, vt studeant, & doctiores fiant, vt habetur in d. cap. fin.

112 Debent enim Episcopi conferre ordines dignis, at primùm ordinandi debent habere mores debitos, doctrinam debitam, & sufficientes redditus, aliter iuxta Concil. Trident. in d. sess. 23. cap. 3. 4. 5. 6. & seq. non sunt ordinādi, si verò Episcopi ordinauerint Sacerdotem indignum, suspenditur à collatione ordinis Sacerdotalis, cap. Si quis Episcopi 1. q. 1. & non immeritò, quia Ius Canonicū magis abhorret illitteratum, quam homicidam, quia collatio beneficij facta homicidæ tenet, secus si fiat illitterato, quia est ipso iure nulla, Felyn. in cap. Si quando num. 30. de reseruat.

Audiant Episcopi ordinantes indignum Sacerdotem, quid dixit B. Petrus Apostolus S. Leoni I. Pontifici Maximo, qui (vt inquit Baronius Prat. Spir. cap. 149. to. 6. ann. 461.) Æqualis Angelis quadraginta dies perseuerauit ad sepulcrum Apostoli Petri vigilijs, & ...s insistens, petensq. ab Apostolo, vt

vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur peccata sua: impletis diebus quadraginta apparuit ei Apostolus Petrus, dicēs ei: oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum, hoc solum abs te requiretur, siue benè, siue fortasse malè egeris. quæ vltima verba, vt obseruat Baronius loco citato, non possunt intelligi de culpa, cuius dimissio nō potest dimidiari; sed intelligitur de pœna, quam daturus fuisset S. Leo pro peccatis illorum, qui à se indignè promoti fuissent ad sacros ordines, & gradus Ecclesiasticos cōmunicans, ita peccatis illorum, vt admonet S. Paulus ad Thimot. dicens manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.

113 Vigesimumprimum vitium est, si Episcopi malitiosè, & faudulenter falsò aliquem de fide inquisierint, vel è contra, si odij gratia, vel amoris, vel lucri causa in huiusmodi causis fidei procedere omiserint, nam Episcopi isti pœna suspensionis ab officio per triennium, alij verò excommunicationis sententiam ipso iure incurrunt, tex. est expressus in clement. 1. §. verum il 2. de hæreticis,

ticis, & ibi Glos. in verbo Fraudulenter, latè Prosper Farinacius de Hæresi q. 186. §. 8. nu. 145. vbi infinitos DD. allegat.

Ab ista enim excommunicatione, & suspensione, nemo excepto Romano Pontifice, & præterquam in articulo mortis absoluere potest, tex. est in clement. 1. §. verum quia de hæretic. in fine, cuius quidem tex. verba sunt hæc. A qua quidem excommunicationis sententia, qui in eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem, nequeant, præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa absolutionis beneficium obtinere nullo in hac parte priuilegio suffragãte, & ibi Glos. in verbo Excommunicationis, Farinac. vbi supra nu. 146.

114 Vigesimumsecundum vitium est, si Episcopi de facto, & absque processu Sacerdotes à celebratione Missarum suspenderent, nam Summus Pontifex in c. Eorum 11. q. 3. asserit, quod eorum, qui accusantur discutere non licet priusquam canonicè vocati ad Synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter, & intelligant, quæ ei obijciuntur: quod benè, & per sapientiam Salomonis dicitur. (Antequam

scru-

ſcruteris, ne reprehendas, intellige prius, & tunc increpa: antequam adieris ne reſpondeas.)

115 Et licet apertiſſima ſit contrariorum reprehenſio, verum tamen oportet ab ijs, qui dati ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari, quamuis enim vera ſunt quædam, non tamen Iudici ſunt credenda, niſi certis inditijs demonſtrantur, cap. Quamuis 11. q. 3. per quem tex. voluit Archid. ibi n. 1.

116 quod Iudex non debet iudicare ſecũdum conſcientiam, vide tex. in cap. Iudicet 3. q. 7. vbi legitur, quod bonus Iudex, nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis: ſed iuxta ll. & iura pronunciat, &c. iudex enim debet ex allegatis, & probatis in Iudicijs, quæ ſibi, & iudici nota ſunt, non ex his, quę priuatim, & particulari ſcientia perceperit ſententiam dicere Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 7. nu. 6.

117 Hic ſcire non incõgruum eſt, quod Prælatus non debet eſſe nimis credulus; inquit Specul. in tit. de Inquiſ. §. 1. verſ. item quod tantum, & Afflict. in Conſt. quæſtiones ſub num. 5. qui in eod. tit. §. 2. verſ. Vt autem inquit, quod credens de facili, facilis eſt. non debet

debet esse Episcopus facilis ad credendum; cum semper fuerint boni, & maliinsidiatores, inuidi, detractores. Hinc Quintilianus dixit, non solum reum esse, qui falsum de aliquo profert, sed etiam, qui aurem citò criminibus præbet.

118 Audiant Episcopi isti, qui absque processu desistere faciunt Sacerdotes à celebratione Missarum, Bedam de Venerabili Eucaristiæ Sacramento, cuius hæc sunt verba. Sacerdos non legitimè impeditus celebrare omittens, quantum in eo est priuat sanctam Trinitatem laude, & gloria, Angelos, lætitia, peccatores venia, iustos subsidios, & gratia in Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesia spirituali, Christi beneficio, & se ipsum medicina, & remedia.

119 Vigesimumtertium est, si Episcopi dormierint in Ecclesia, & præcipuè dum verbum Dei ibi per concionatorem prædicatur. Considerare enim debent huiusmodi Episcopi, quod Iacob Patriarcha, qui post quam pro vxoribus diù seruierat, dixit Laban socero suo. viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captu à bestia

osten-

ostendi tibi, diù noctuq. æstu vrgebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis, &c. habetur Genes.cap.31. & Lucæ cap. legitur Pastores, per quos designantur Prelati, erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum: quia dum dormiunt homines, inimicus homo superseminat zizaniam in medio tritici Matth.13.

Si ergo sic laborat, & vigilat, qui pascit oues Loban, quanto labori, quantisq. vigilijs debet intendere, qui pascit oues Dei? Sed his omnibus ipse nos instruat, qui dedit pro ouibus suis animam suam. Hæc Damasus Papa.

Prætereà audiant Episcopi, quid in hac materia scripsit Chrysost.in Genes.hom.57.
120 Vidistis Pastoris vigilantiam? vidistis intentum studium? qualem habebunt excommunicationem hi, quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præseferunt negligentiam, & quotidie iuxta Prophetam pecudes alias mactant, alias à bestijs captant contemnunt, alias verò ab alijs raptas reducere non curant? Vide enim (inquit) die vrebar æstu, & nocte gelu, & discedebat somnus ab oculis meis. Quis hæc nunc potest dice-

dicere, quod propter eos, quos pascit, tot ferat labores, & pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audet. Paulo autem soli licebat hoc fidenter dicere, atque his maiora, quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? oh Pastoris dilectionem indulgentissimam, alienæ ruinæ meos dolores augent. Aliena scandala fornaces doloris mei succedũt. hunc omnes imitentur, quibus rationales oues concreditæ sunt, & ne deteriores fiant, hic cui tanta in brutis pecualibus custodiendis vigilantia fuit, idq. tot annorum numero, & illic quidem si incuria quadam occidens, nullum damnum, hic autem, si ouis rationalis perierit, vel à bestia fuerit capta, graue damnum, maximum detrimentum, ineffabilis pœna. Nam si Dominus noster sanguinem suum effundere pro illa non declinauit, qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam à Domino despicere voluerit, & omnia, quæ potest in curanda ouicula nõ adimpleuerit?

121 Vigesimumquartum vitium est, si Episcopi permitterẽt simul cum mulieribus Sacerdotes habitare, legitur enim in cap. Legi-
122 tur 81. dist. quod Beatus Augustinus, nec

cum

cum sorore habitare cōsenserit, dicens: quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt; docti ergo viri cautela magna esse debet instructio, qua de re Gregor. Papa in c. Oportet ead. dist. monet, Episcopos esse vigilantes super gregem sibi commissum: ne lupi morsibus, idest diaboli lanientur; & reprehendit eos de consortio mulierum, quia, vbi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hostis stimulus non deerit, cum quibus si fornicentur sacrificare non debent. Quod probat tribus authoritatibus Prophetarum, scilicet Moysis, Sophoniæ, & Malachiæ.

Pro quorum corroboratione vid. tex. in cap. Volumus ead. dist. cum octo canonibus sequentibus, & in cap. Ad reatum ead. dist.
123 legitur in summa, quod Episcopi prouideant, ne occasione temporalium Clericorum familiaritatibus virgines socientur. In Sac. Conc. Triden. sess. 25. cap. 18. de reform. hæc habentur verba. Prohibet sancta Synodus quibuscunque Clericis, ne concubinas, aut mulieres, de quibus possit haberi suspitio, in domo, vel extra detinere, aut cum his vllam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à Sacris Canonibus, vel Sta-

tutis Ecclesiarum impositis puniantur.

124 Oculus enim est porta, per quam intrant peccata, quæ ad luxuriam pertinent, docet magister omnium Christus, cum dixit apud Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscēdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mitti in gehennam.

125 Deinde scimus senes, qui Susannam nudam viderunt, statim exarsisse in concupiscientiam eius, & inde miserè fuisse occisos, vt legitur apud Dan. 13. scimus etiam Dauidem amicum Dei pręcipuum ex solo conspectu Bersabeæ se ipsam lauantis incidisse in adulterium, vnde homicidium, & detrimenta innumerabilia successerunt, vt legitur 2. Reg. cap. 11.

Denique ratio naturalis est in promptu. siquidem pulcritudo fœminæ cogit quodammodo se amari à viro, & pulcritudo viri à fœmina, neque amor iste quiescit, donec ad coniunctionem corporum vniantur propter concupiscientiam, quæ in nobis re-

licta

licta est ex peccato originali, vt inquit Card. Bellarmin. de Arte bene moriendi cap. 16. lib. 1. Quod malum etiam Apostolus sanctus deplorat cum dicit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Fugiat ergo quisque cõfabulationes mulierum, si castus esse vult, & ne tribuat ei fiduciam, aliquando præsumere in earum conspectu comparere. Aluær. Pelag. lib. 2. de Plantu Eccles. cap. 75. quia si alij sapientiores decepti sunt, & ipse cũ, & mulieres auerterint cor Salomonis, vt sequeretur Deos alienos, vt ad Idololatriam peruenerit 3. Reg. c. 11. oblitus verbi, ne initaris propriæ prudentiæ, cap. 5. de constit. cap. Salomon 32. q. 4. vnde dicunt DD. postea pœnitentia ductum fecisse pœnitentiam in eod. cap. 5. & in cap. Ne initiaris, vbi Felyn. nu. 5.

126 Quibus adde pro coronide. S. Bernard. in sermone super Canticam, vbi scriptum reliquit, quod maius est miraculum cum

muliere morari, & castitatem non perdere, quam mortuum resurgere: est videndus, Medin. de Instruct. confessarij cap. 13. lib. 1.

127 Vigesimumquintum vitium est, si Episcopi cognatos, vel familiares suos ex redditibus Ecclesiæ augerent, nam hoc expresse Sac. Conc. Triden. expressè repugnat, si quidem in cap. 1. sess. 25. de reformat. hæc habētur verba. Qua propter exemplo patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi, non

128 solum iubet, vt Episcopi modestia supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint; verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat. omninò verò eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresue suos augere studeant: cum, & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt consanguineis donent.

129 Semper enim Episcopi præ oculis habere debent Epistolam Clementis VI. Sanctissimi Pontificis Maximi, quam scripsit ad suū nepotē, & est tenoris sequētis, videlicet.

Molti

Molti della nostra promotione si rallegrano, ma noi soli il peso grande, che ci sourasta, conosciamo; e perciò quello, che dà à gli altri allegrezza, è à noi cagione di paura, e di pianto. E perche sappi, come debbi portarti, con questa nuoua ti dico, che tù sia più humile del solito: perche quello, che fà noi humili, non deue insuperbire, & inalzare li nostri, massimamente essendo l'honore di questo mondo momentaneo, e che passa, come la rugiada della mattina: nè tù, nè i tuoi fratelli, ò altri de' nostri venga quì da noi senza nostro speciale ordine. Che se ne presumerete di altrimente venirui, sappiate, che voi verrete in darno, e ve ne tornarete confusi à dietro. Nè cercare tù nè anco di volere per cagione di noi maritare tua sorella più altamente: se tù vorrai sposarla con vn figliuolo di soldato priuato, ti souueniremo di trecento lire turonensi: che se pensi di salire più in alto, nõ ne sperare da noi pur vn minimo quattrino. Ilche vogliamo, che tù non communichi con persona del mondo, saluo, che con tua madre sola, e lo tenghi secretissimo. Sappi anco, che non vogliamo, che alcuno nè huomo, nè donna del sangue nostro sotto colore, che noi sublimati ci trouiamo sì gõfi, nè insuperbisca; ma così à Mo-

bilia, come à Cicilia vogliamo, che si diano tali mariti, quali hauerebbero, se noi semplici Chierici fussemo. Visita à Sibilla, e disse, che non muti luogo, ma che resti con ogni maturità, & honestà d'habito; e non ardisca di pregarci per chi che sia, perche sarebbe per chi intercedesse vano, e per lei dannoso. E se perauuentura ne fusse perciò presentata d'alcuno, non accetti simili presenti, se brama la gratia nostra; saluta tua madre, & i fratelli tuoi: non scriuiamo nè à te, nè à i familiari per Bolla; ma col sigillo del Pescatore, come sogliono i Pontefici Romani fare ne' lor secreti. Data in Perugia, il dì della festa della SS. Perpetua, e Felicita. Quam Epistolam refert Platina in Vita Pontificum fol. mihi 173. vbi in fine dictæ Epistolæ legitur. Quod eam habuit ab Antonio Augustino, Auditore Rotæ, qui fuit Episcopus Læridæ.

130 Vigesimumsextum vitium est, si Episcopi fuerint negligentes in erectione Seminarij, vel suas portiones soluere denegauerint; nam Archiepiscopus suppleat eorum negligentiam, & acriter corripiat (cum sine causa id omissum viderit) quod idem de Archiepiscopo negligente increpet eum Synodus

Pro-

Prouincialis tàm circa erectionem, quàm eius conseruationem, vt in Sac. Conc. Trident. sess.23. de reformat. cap.18. §.quod si Cathedralium expresè legitur. est videndus Paulus Fuscus de Visit.cap.16.lib.1. vbi latè de hac materia scripsit.

131 Vigesimumseptimum vitium est, si Episcopi sint vigilantes circa temporales res, & diuitias; nam Anaxagoras, cum post diutinam peregrinationem patriam repetisset, possessionesq. desertas vidisset, non essem inquit ego saluus, nisi istæ perijssent vocem petitæ sapientiæ compotem, nam si prædiorum potius, quam ingenij culturæ vacasset, dominus rei familiaris intra penates mansisset, non tantus Anaxagoras ad eos redijsset, vt scribitur apud Valerium Maximum

132 lib.8.c.7. nam diuitias habere, & nō amare perniciosum: habere, & non amare laboriosum: qua propter expedit nec habere, nec amare, nisi necessaria, quæ ea sunt, sine quibus commodè esse nequeas, reliqua verò nec appetenda, nec procuranda sunt, ita docet Archiepiscopus Bracarensis in suo Compendio Spiritualis doctrinæ tit. de humilit.cap.31,

133 Quandoque enim diuitiæ ſunt cauſa Dei relinquendi, contra quem ſolent diuites recalcitrare. dicit Summus Pontifex in Extrauag. Saluator noſter §. attendentes de præb. & dignit. Hinc ſapientiſſimus ille Salomon orauit Deum dicens Prou. 30. Duo rogaui te, ne deneges mihi, antequam moriar: mendicitatem, & diuitias, ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria.

Et Paulus Apoſtolus dicebat 1. Titum 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus: nihil enim intulimus in hũc mundum, haud dubium, quod nec auferre, quidquam poſſumus. Christus Dominus, & Redemptor noſter Lucæ 9. Væ vobis diuitibus. & idem Apoſtolus loco paulò ante citato dixit, qui cupiunt eſſe diuites, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.

134 Benè tamen verum eſt, quod conuenit Sedi Apoſtolicæ Donationem Imperatoris Conſtantini acceptare, teſtatur de communi Bouad. lib. 2. cap. 17. num. 11. verùm, cum Conſtantinus fecit dictam Donationem fuit audita vox è cœlo. hodie ſeminatum eſt in Eccleſia Dei venenũ aſpidum; teſtatur idem

Bo-

Bouad. vbi supra, subdens, quod nihil est, quod tam auertat homines à vera religionis tranquillitate; quam summarum dignitatum spes proposita, est videndus Boër. decis. 69. nu. 2. vbi allegat Magistrum Ioannem Doctorem Parisiensem in suo tract. de pote-
135 state Papæ, & Imperat. cap. 21. referentem etiam se audiuisse à fide dignis, quod tempore Bonifacij VIII. quidam Cardinalis de Ordine Cisterciensi homo maximæ reputationis, & sciētiæ, quadam, dum sermocinaretur festiuitate in conclusione dicebat, quod per eosdem passus, & gradus, per quos Ec-
136 clesia in temporalibus ascenderat, pariter descenderet vsque ad extremam Siluestri paupertatem. & ad hoc probandum validas adducebat rationes, & authoritates diuinæ Scripturæ.
137 Bartholomeus verò de Salignaco in Itinerario Terræ Sanctæ in 8. tom. cap. 1. vers. nactio 2. dicit, se à sancto viro audiuisse, quod sicut Ecclesia Orientalis ob nimiam paupertatem lapsa, seu passa fuit multa incommoda, ita Occidentalis Ecclesia ob nimias pompas, & diuitias desolabitur, de quo vide Gulielm. de Benedict. in repet. cap.

Ray-

Raynutius fol. 77. num. 275. & add. de testament.
138 Item addendum est in materia, quod Episcopi multas qualitates habere debent, vt Gemin. in sermone Synodali scriptum reliquit.

Primo, vt careant omni macula, & vitio. Hinc Apostolus ad Thimot. cap. 3. & ad Titum dicit, oportere Episcopum esse irrepre-
139 hensibilem; nec immeritò, quia Episcopus tenetur esse perfectus, vt doceat omnes DD. ac præsertim S. Thomas, qui comparans religiosos cum Episcopis dicit, maiorem perfectionem requiri in Episcopis, quam in religiosis. sic enim 2. 2. q. 184. art. 7. ita respondet.

Vnde Card. Bellarm. in admonit. ad suum nepotem controuers. 4. sic asserit, Episcopus igitur, qui est in statu perfectionis adeptæ tenetur esse perfectus, idest ardentissima charitate Dei, & proximi præditus, ita vt diuitias Ecclesiæ suæ non suas esse existimet, & non habeat ad possidendum tanquam proprias, sed ad dispensandum, vt alienas.

Item tenetur esse perfectus Episcopus in charitate Dei, & proximi circa castitatem,

vt

vt Angelica puritate Deo ministret,& viros, ac mulieres, quibus præest diligat, vt filios, & filias, & nullam vnquam suspitionem incontinentiæ illis tribuat: proinde non habere domi personam vllam, vel ob adolescientiam, vel ob ornatum, per quem carnali affectione propensus credatur: Foris autem cum nulla vnquam muliere sine testibus loquatur, atque id potissimum erga sanctimoniales obseruet. incredibile enim est, quam contemptibilis reddatur Episcopus, si aut verbis, aut factis vllum signum incontinentiæ dederit.

Denique perfectus esse debet circa humilitatem, & obedientiam Dei, & superiorum mandata, & præcipuè erga illud à S. Ioanne Euangelista in 1. Epist. promulgatum. debemus pro fratribus animas ponere, ac multò magis diuitias, quietem, delitias, & commoda omnia; quemadmodum autem hæc perfectio acquiri posset egregiè docet S. Gregor. in lib. de cura Pastorali par. 2.

140 Secundo requiritur, vt Episcopi sint sciētia commendabiles, vt possint corripere, & docere, vt affirmat Gemin. loco citato, vbi subdit, quod etiam debent habere qualita-

tem

tem Solis, videlicet virtutem illuminatiuam calefacientes, vt bonis operibus alios illuminent, & continua charitate alios calefaciāt, & bonis doctrinis tardos moneant. vnde Paulus Apoſtolus 1. ad Corint. 9. 16. ſic ſcriptum reliquit. nam ſi euāgelizauero non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit: væ mihi, ſi non euangelizauero. Ac ſi dicat non eſt mihi liberum, ſed præcepto obſtringor, vt doceam, docere enim tenetur is, qui præeſt Ioannes de Piña in Eccleſ. cap. 14. etholog. 51. num. 9. tom. 1.

141 Sanctus enim Gregorius ſuper hac materia ſic aſſerit. tantum debet actionem populi actio tranſcendere Præſulis, quantum diſtare ſolet à grege vita Paſtoris. Ex hac Gregorij ſentētia apertè colligitur, vt inquit Bellarm. paulò ante citatus; tantò ſapientiorem, ac ſanctiorem eſſe debere Epiſcopum, ſi comparetur ad homines ſuæ curæ ſubiectos, quantò ſapientior, & ſanctior eſt homo pecudibus. pecudes certè cum ratione careant, omnia ſenſibus metiuntur, ac per hoc ſapiētiæ, & sāctitatis omninò expertes ſunt: homines ad imaginem Dei creati, ſapientiæ, & ſanctitatis capaces inueniuntur. Proinde

di-

discrimen inter homines, & pecora, quo ad ſapiētiam, & ſanctitatem attinet, propemodum infinitum dici poteſt. Cogitet igitur Epiſcopus futurus, quanta in eo ſanctitatis, & ſapientiæ eminentia eſſe debeat, cum ad eius comparationem homines illi ſubiecti, non homines rationis præditi, ſed oues rationis expertes dici poſſe videantur. hæc ſi apud ſe diligenter perpenderent, qui ad Epiſcopatum aſpirant, fortaſsè non ſolum non quærerent ſedem illam horroris plenam, ſed vix compulſi, & coacti illam condeſcenderent. Hæc Card. Bellarm.

142 Quinto requiritur, vt Epiſcopi alijs bonorum operum, & tanquam Arietes gregibus præbere ducatum, & exemplum, cap. Si ſcitaris 7. q. 1. Caſtrenſ. conſ. 404. in princip. lib. 1. quod confirmatur ex verbis Apoſtoli ad Titum 2. in omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum, vnde Archidiac. in
143 cap. Hoc habet 46. diſt. aſſerit, quod Epiſcopus ſeruare debet præcepta Philoſophi ſic dicentis. Cunctis eſto benignus, cunctis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus in aduerſis firmus, in proſperis cautus, in omnibus

bus prodesse debes velle, & nulli nocere.

144 Non enim potest Episcopus auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit. Qua enim libertate peccantem corripere posset, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem se admisisse, quæ corripit? sic ergo omni tempore Episcopum irreprehensibilem,& sine crimine esse oportet, cap. Primum 25. dist. & cap. Vnum orarium. & sic legimus apud Ciceronē de petit. Cons. eum, qui ad aliquod officium Ciuitatis assumitur esse debere nouum hominem,& vti nouum hominem oportere, cuncta facere, quanto magis debemus dicere de Episcopis? Patet enim ad sensum, quod magis subditi scandalizantur ex nimia culpa Præsidētis, quam si vniuersam Ecclesiam, seu Ciuitatem viderent, & oculis perspicerēt in peccatis,& criminibus contaminatam, qua propter magnum nocumentum infert Reipublicæ Prælatus impius Ioan. de Piña loco cit. cap. 10. etholog. 113. nu. 1. & seq.

145 Quarto oportet, vt Episcopi sint modesti, vt ad Thimot.& ad Titum scribit Apostol. nam circa motus, & actus corporales,

mo-

moderationem, & refrenationem facit modestia, quam Episcopi etiam seruare debent in colloquijs, nam Apostolus ad Titum 2. dicit. Stultus autem quæstiones, & genealogias, & contētiones, ac pugnas legales omitte: sunt enim inutiles, & superuacaneæ. & ad Corinth. 1. 15. Bonos mores (inquit) colloquia corrumpunt mala.

146 Quinto, debent esse Episcopi non turpis lucri cupidi, sed alieni ab auaritia, & non sine causa dixit Apostol. non turpis lucri cupidi, vt diffusè scribit Plato in Hiparco, qui est Dialogus primus, & ideò turpè lucrum tantum damnatur, & idem dicit S. Petrus 1. cap. fin. & dum dicitur alieni ab auaritia intellige sine discretione, vt legitur Exod. 18. prouide (inquit) de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, & qui oderint auaritiam sine discretione, quæ ideò diffinitur, eam esse immoderatum amorem habendi, vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 118. art. 1.

147 Sexto, Episcopi esse debent hospitales, nam dicit D. Hieronymus, quòd non est facilè stare in loco Petri, scilicet tenere Cathedram regnātium cum Christo, quia hinc dicitur non Sanctorum filij sunt, sed qui exercent

cent opera eorum, vt in cap. Non est 40. dist. Hospitalitas enim ipsa à Deo commēdatur, hinc dicitur hospes fui, suscipistis me, nam si Sacerdos primum à se ipso, & à domestica sua Ecclesia debet exigere, quod postea Populo imperat. si primum imitando Christum ipse debeat facere, quæ postea Populum doceat: necesse est, vt pauperes in hospitio recipiat quo ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos accēdat, vt in cap. 1. 42. dist. & ad memoriam reuocent Episcopi, quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera Deo placere, & Angelos hospitio meruerunt recipere. Et quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi Loth cum familia sua liberauerunt, quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit, qua de re hospitalitas maximè Deo fuit accepta, Paulus Fuscus de Visit. lib. 2. cap. 13. nu. 1. & seq.

148 Septimo, limina Apostolorum Episcopi visitare debent, ex eo, quia suspentio ab ingressu Ecclesiæ, ab administratione, & perceptione omniū fructuum est cōtra Episcopos, & Archiepiscopos, qui præscriptis temporibus limina Apostolorum Petri, & Pauli

per-

personaliter, ac per se ipsos, vel per procuratorem presbyterũ ad hoc specialiter mandatum non visitant, & reseruatur Papæ, & Constitut. Romana Pontificis Sixti V. anno 1585. incipit Romanus Pontifex, ex qua Constitutione colligitur, venientes ad limina teneri Papæ reddere rationem: est videndus Gregor. VII. l.9. annot. 1981. epist. 1. & epist. 20. contra Episcopos non visitantes de persona limina Apostolorum.

149 Postremò multas alias qualitates Episcopi habere debent, quas legere possunt in Sac. Conc. Trident. locis citatis in Indice in verb. Episcopi. Quale Episcoporum onus. Episcopi gratiam. Episcopi puniuntur. Et in verb. Episcopis non licet.

150 Hic scire conuenit, quod Episcopi licet prænarrata vitia haberẽt, prænarratisq. qualitatibus carerent, nihilominus eis debetur reuerentia, legitur enim in c. Dominus 93.
151 quod Dominus noster Iesus Christus Rex, & Iudex vsq; ad passionis diem seruauit honorem Pontificibus, & Sacerdotibus, quamuis illi, nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent, nam cum leprosum emũdasset dixit illi: Vade, & monstra te Sacer-

doti, & offer donum. & vt inquit Bouad. in Politica lib. 3. cap. 1. num. 11. & seq. ipsemet Saluator noster locutus fuit cum reuerentia Cayfas, & si pessimo, & Pilato licet malo, atque Idolatræ, scriptum est enim, quod facit Deus regnare Hypocritam propter proteruitatem Populi Iob. 34.

152 Verum quia propagatur vitium, nisi per medium disciplinæ subsequatur correctio, cap. Placuit 21. q. 2. in fine, notat Archid. in cap. Qui bona 17. q. 1. cap. Qui legi 23. q. 8. Felyn. in cap. Cum cōtingat de for. compet.

153 Idcircò prænarrata vitia, seu eorum singula habentes sunt corrigendi, & puniendi; malos enim punire non officium crudelitatis est, sed pietatis, vt in d. cap. Qui legi, ex-
154 pressè legitur. Prælatorum verò crimina sunt grauissima, nam eorum delicta grauitate longè superant ea, quæ à subditis committũtur, & grauiori pœna digni sunt. multa congessit Petrus Chrisologus pro præsenti argum. serm. 16. & ideò legitur Sapient. 6. Potentes potenter tormenta patientur. hoc ipsum tradit Concilium Romanum sub Hilario Papa his verbis. Reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora

ra facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum. latè de Piña vbi ſupra cap. 7. etholog. 89. num. 1. & ſeq. qua de re ſcire debent Prælati, quod mortibus digni ſunt: quotquot exempla perditionis ad ſubditos trãſmittunt. D. Tho. ad Hebræos cap. 13. lect. 3.

155 Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. cum enim à rebus ſeculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam ſpeculum, reliqui oculos conijciunt, ex ijſque ſumut, quod imitentur: ſunt verba expreſſa Conc. Crident. ſeſſ. 22. cap. 1. de reformat. & in cap. 1. ſeſſ. 6. eod. tit. legitur, quod integritas Præſidentium ſalus eſt ſubditorum.

156 Non ſufficit Epiſcopo, quod ſit egregius Doctor, elegans prædicator, quod non ſit peccator publicus, ſed requiritur, vt ſit publicus benefactor, vt ſe ipſum bonorum operum præbeat exemplum, nam Matth. 5. ad Apoſt. & eorum ſucceſſores directè dicitur, Vos eſtis lux mundi, ſal terræ, Ciuitas ſupra montem, lucerna ſuper candalabrum, &c. & ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt

videant opera vestra bona,& glorificent Patrem vestrum,qui in cœlis est.

157 Episcopos verò esse Apostolorum successores nulla controuersia est, inquit enim Apostol.Act.20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo:& ideò ab omnibus in Ecclesia recipitur, Episcopos esse Apostolorum successores, teste Fr. Dom. Bañes 2. 2. q.1.art.6.dub.vlt.littera E.

158 Illud tamen est summoperè notandum quo ad hoc,vt Episcopi careant vitijs oportet, vt sint iusti, ex eo quia, inquit Socrates apud Platonem in Apologia,Iustitia est magistra vitæ, & expultrix omnium vitiorum, & vt inquit Albericus in Dictionar.in verbo Iustitia,ibi omnium virtutum est concordia. est videndus in hac materia Aristot. 5.ethic. Tantũ iustitiæ ius est, vt ne illi quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, possint sine vlla particula Iustitię viuere.nam qui archipyrata dicitur,nisi ęqualiter prędam dispartiatur,aut occidetur à socijs,aut relinquetur Cic.de fine lib.2.c.11. & 1.offic. conducunt scripta Chrysost.super Matt.hom.36.col.1.

Pro

Pro coronide verò hic non incongruum erit ſcribere id, quod ſcripſit doctiſſimus Bouad. in Polit. lib.2.cap.2.nu.84.cuius infraſcripta ſunt verba.

Para recomendacion de la juſticia quiero referir el milagroſo exemplo, que San Antonin Arçobiſpo de Florentia, y el Doctor Auila cuentan de vn juez Pagano, y infiel, gran profeſſor, y obſeruante de la juſticia, y mui recatado, y receloſo de errar en ella, el qual aunque morio en ſu infidelidad, y paganiſmo, fue reſeruado largos tiempos de la infernal condenacion: y vn dia cauando vn labrador à caſo en vn campo, y heredad ſuya, oyo vna voz, que dixo caua paſſo no me maltrates, el qual le pregunto, quien era, y el le reſpondio, que era Gentil, y hauia ſido juez, y por la iuſticia, que hauia guardado, le hauia preſeruado Dios haſta, que recibieſſe Bautiſmo: y rogole, que fueſſe à la Ciudad, y le traxeſſe alli al Obiſpo para le bautizaſſe, y vino alli el Clero, y el Pueblo, y vieron, como ſu cuerpo, caueça, y lengua eſtaua entero, freſco, y biuo, el qual hablò, y declarò lo ſuſodicho, y reciuido el bautiſmo, ſe reſoluio luego en ceniza, y ſin ninguna duda fue ſu alma à gozar de la bienauenturanza.

 159 Illud

159 Illud tamen circa præmiſſa omittẽdum non eſt, quod ſi Epiſcopi prænarrata vitia, vel eorum ſingula haberent, indubitanter abſque vllo ſcrupulo in peccato mortali exiſterent, vt ex eis videre eſt, & vnuſquiſque prudens facilè percipere poteſt, pro cuius opinionis corroboratione ducor D. Thom. 2.2.q.69.art.1. vbi docet, quod, quicunque facit contra debitum iuſtitię, mortaliter peccat, & ideò omnis iniuſtitia eſt peccatum mortale D. Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. pertinet
160 autem ad debitum iuſtitiæ, quod Epiſcopi obediant, & non contraueniant Sacris Canonibus Summorum Pontificum, & aliorum Sanctorum Patrum, atque Sacroſanctis Concilijs Generalibus: eſt enim peccatum inobedientiæ grauiſſimum: argumento, cap. Illud de maior. & obed. & in cap. Si quis. Apoſtatæ poſſunt dici, qui canonibus non obediunt, & fit inobedientia ex duobus, & non faciendo iuſtum, & animo non faciendi, quod principaliter iubetur. ſapientiſſimus Nauar. in Manual. cap. 22. num. 35. D. Thom. in quodlib. 29.

161 Poſtremò notandum eſt, quod Epiſcopi habentes vltra prænarrata, vel eorum ſingu-

ſingula peccarent mortaliter,etiam ſi neſcirent,quæ ſpectant ad eorum officium, quia huiuſmodi ignorantia non eſt iuſta, cum ſit eorum, quæ Epiſcopi communiter ſcire debent, teſtatur in ſpecie Nauar. in Manual. cap.23.nu.47.quem ducit, & ſequitur Fuſc. de Viſit.cap.2.nu.9.lib.2.

162 Qua de re Epiſcopi omninò ſcire debēt ea,quæ ſpectant ad eorum officium, vt non amittāt vitam æternam, tantò magis,quod Summus Pontifex Pius II. dicere ſolebat, vt refert Platina in Vitis Pōtificum, indoctum Epiſcopum Aſino comparandum eſſe,& ſecundum Phyloſophum, non debet, qui alijs imperat,eum ignorare à quo ipſe regitur.

163 Hinc legitur in cap. Nulli 38. diſt. Epiſcopos ſcire debere canones ipſos Petr. Foll. in Praxi canon.moral. nu.8.par.1.& vt facilius Canones (qui ex magna parte Iuri Cæſareo ſunt coniuncti) intelligant etiam, Iuri ipſi Cæſareo operam dare Epiſcopi debent,

164 cap.2.de priu.in 6.ne eis contingant, quod dicebat Romanus in ſuo ſingulari 654 *(Legiſta ſenza capitoli val poco; ma Canoniſta ſenza leggi val niente.)* Hinc dixit Barbat. in cap.Conqueſtus col. 3. de foro compet. Ius

Pontificium ſine legibus non poſſe intelligi, cum ſit medulla legum, & Ius ipſum Pontificium eſſe praxim Iuris ciuilis.

Quæ quidem comprobantur hodie per Sacroſanctum Conc. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. vbi legitur ad Epiſcopatus apicem eum tantum aſſumi debere, qui fuerit ante in vniuerſitate ſtudiorum magiſter, ſiue doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel Iure Canonico meritò ſit promotus, aut publico Academię teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Quarè etiam ipſo Iure Pontificio Sancitum eſt, in Epiſcopo requiri ſcientiam vtriuſque teſtamenti: (nam ignorantia ſcripturarum ignorantia Chriſti eſt, cap. Si iuxta 38. diſt.) ac Canonum tàm pœnitentialium, quàm aliorum, cap. Omnes 38. diſt. Gemin. in cap. Illitteratos ead. diſt. verſ. aut quærimus, vbi rationem ſubicit aſſerens, quod Epiſcopus eſt Iudex tàm animarum, quàm corporum, cap. De perſona 11. q. 3.

165 Vlterius ſciendum eſt, litterarum ſcientiam in Epiſcopis requiſitam per Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. de reformat. intelligi debere, vt ſit ſcientia Theologalis, & Ponti-

tifi-

tificia, quæ quidem tanta esse debet, vt idonei sint ad docendum alios, ita tenet singulariter Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 5. casu 425. num. 37.

166 Et quamuis antiquo tempore magis scientia Theologica Episcopis conueniebat, quam scientia Iuris, quia opus erat contra Hæreticos, hodie tamen, quia magis accidunt quæstiones ad Ius, quam ad fidem, conuenit magis, quod Episcopi sint in Iure periti, Vgolin. de offic. & potest. Episc. cap. 1. §. 1. num. 3. par. 1. vnde docet Azor. Institut. moral. tom. 3. cap. 28. q. 20. quod in assecutione Episcopatus Canonista Theologo præfertur, si doctus, & prudens sit, & vbi hæreses non pullulant; scientia enim Canonica practica est Theologiæ, neque potest faciliter Ecclesia Dei regi sine canonum scientia, Aluar. Palag. de Plantu Eccles. lib. 2. c. 20. colum. 4. cum talis ignorantia sit Christum ignorare, cap. Si iuxta cum seq. 38. dist. & scientia Iuris Canonici intendit directo ad animarum regimen per Felyn. c onf. 18. n. 9.

167 Item addendum est in materia, quod Episcopus propter litteraturæ defectum, locum Regiminis authoritate Apostolica re-

nun-

nunciare debet argument. tex. in cap. Post translationem in §. si quis de renunc. ne tanquam cœcus cœco ducatum præbeat, vnde versus,

Si cœcus cœcum conatur ducere secum,
In foueam ductor primus cadit inde secutor.

168 Verum, si postea Episcopus studuit, ac per exercitium lectionis, sciẽtiæ reperit margaritam proculdubio potest denuò Episcopatum petere, vt in d. §. si quis expresse legitur, & ita affirmat Ioan. Vincent. de Anna Allegat. 123. num. 1.

169 In istis enim versando Episcopi adimplentes bona omnia, & fugientes mala in hoc Speculo Episcoporum enarratis, complent zelum Pastoralis muneris, & sic gloriantur in operibus Dei, & consecuntur fructus operationum suarum D. Thomas 1. 2.
170 q. 7. Deus enim reddet fructũ maximum, si abundauerimus in omni opere bono. sciẽtes, quod labor noster non est inanis in Domino. nam cum Christus proprio sanguine redemerit nos, non debent Episcopi esse desides in administratione, dicit namque Apostol. 1. ad Corinth. 6. empti enim estis prætio magno, & tandem Episcopi immemo.

mores esse non debent, quod qui gaudet in
171 hoc mundo flebit in alio, Ioan. 16. vos plorabitis, & flebitis, mundus verò gaudebit, vos contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hinc dixit S. Hieronymus relatus per Arch. in cap. Gloria 12. q. 2. num. 7. quod impossibile est, vt quis præsentibus fruatur delitijs, & futuris, vt de delitijs ad delitias transeat, vt in cœlo, & in terra glorietur.

Quarè scire debent Prælati quidquid in hoc opusculo continetur, certamq. veritatem inquirere, nesciant, quod scire non proderit, ne aliquādo cum reprobis dicant: ergo errauimus à via veritatis, & Iustitiæ, lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? transierunt omnia tanquam vmbra. Sap. cap. 5.

Hæc omnia bonis, & timoratis Prælatis scio placitura, auaris autem, & malis sanè displacebunt, sed caueant à terribili Iudicio iusti Iudicis, qui sine exceptione personarum vnumquemque iudicabit.

Quartæ Partis finis.

EIVSDEM AVCTORIS IVRIVM ALLEGATIONES in materia Excommunicationis.

Greßus meus dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me a calumnijs hominum: ut custodiam mandata tua.

Psalm. 118.



VAMVIS excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſtice diſciplinæ,& ad continendos in officio Populos valdè ſalutaris: ſobriè tamen, magnaq. circumſpectione exercendus eſt:cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari; & perniciem potius parere, quam ſalutem. Hæc aurea verba leguntur in Sacr. Concil.Trident.cap.3.in princip.ſeſſ.25.de reformat.Vnde excommunicatio contra N. lata videtur eſſe nulla ex infraſcriptis nullicatibus.

Et prima in ordine eſt illa, quia fuit relaxata

xata citatio ad comparendum cum vno termino ad dicendum causam quare, si de persona, alias per affixionem in valuis. Deinde reperitur facta citatio in valuis per affixionem, nec apparet pro diligentia pro persona.
2 na. Citari enim per ædictum, seu ad valuas permittitur solum, quãdo quis latitat, & impedit citationem ad se peruenire, vel quando non est tutus accessus, c. Romana, §. contrahentes de foro compet. in 6. & clemen. 1. de Iudic. At in casu proposito neutrum ex ijs apparet, igitur dicta excommunicationis sententia est nulla ex defectu legitimæ citationis. testatur in specie Card. Mantica de-
3 cis. 232. nu. 4. & seq. Citatio enim minus legitima æquiparatur, ac si ab incompetenti Iudice facta foret, & acta omnia sunt nulla, Tuscus Pract. conclus. in verbo Citatio conclus. 327. nu. 4. imò defectus citationis reddit nullam sententiam declaratoriã incursæ excommunicationis, Menoch. de arbitr. Iudic. casu 142. num. 19.

4 Corroboratur hæc nullitas, quia non pręcessit trina monitio, quæ ad iustitiam excõmunicationis necessario præmittenda erat, quod probatur in cap. Contingit il 2. de sen-

tent.

tent.excommun. & in cap.Conſtitutionem eod. tit. in 6. teſtatur de communi Didacus Couar. in clement. Alma mater prior.parte Relect.§.9.num.5. & ſeq. Bonac.de cenſ.diſput.1.punct.9.num.50.& ſic dato citra veri præiudicium, dictam excommunicationem fuiſſe validam, attamen excommunicatio fuit iniuſta, ex quo aliæ duæ monitiones non præceſſerunt, Couar.vbi ſupra n.7. & cum non fuerit explicatum dictam citationem eſſe vltimum terminum, non poterat citatus dici ſufficienter contumax, eo quod poterat credere, alium terminum ſupereſſe, illumq. velle expectare, ſicut Bonacina vbi ſupra in proprijs terminis docet.

Nulla etenim eſt habenda ratio de altera citatione relaxata, in qua cōtinebatur, quod infra horas ſex compareret ad videndum ſe declarari excommunicatum, ne dum quia
5 eodem morbo laborat, ſed etiam, quia citatio pro eodem die facta propter breuitatem temporis eſt nulla, & ideò, nec poſt terminum quis debet comparere, Caſſa.deciſ.6. nu.3.de ſentent.excommun.Put.deciſ.150. nu.2.lib.3. quos ducit, & ſequitur Mantica deciſ.2. nu.5. eſt omninò videndus Bonaci-

na

6 na loco citato num.7.vbi asserit constituendos esse duos saltem dies pro singulis monitionibus, vt colligitur in d.cap.Constitutionem, vbi habetur, obseruanda esse aliquorum dierum interualla, qui modum loquēdi importat distantiam duorum saltem dierum inter vnam,& alteram monitionem.

7 Comprobantur prædicta, ex eo quia dicta citatio executa ad valuas non apparet lecta, & dimissa copia per aliquod temporis interuallum, prout de iure requiritur ad hoc, vt citatio sit valida, & antea citatum ad comparendum, Cassa. decis.4. de dol.& contumac. Rota decis.8.in nouis decis.225. nu.6.lib.3.par.3. quos ducit, & sequitur Farinac.decis.624.nu.10.par.1.tom.1.

Ex quibus omnibus clarè colligitur taliter excōmunicationis sententiam contra N. fulminatam fuisse nullam, nulliusq. roboris,

8 tanto magis,quod tritum est in Iure sententiam prolatam super citatione inualida,quę fuit nulla (prout in casu nostro) omnia inde secuta sunt nulla,& inualida, tanquam fundata super citatione inualida, quæ fuit nulla, Glos.in l.si accusati, C.de Accusat. Bald. in cap. Si Clericus de Pac.tenend.Bart.consil.228.

sil.228.

9 fil.228.in fin.lib.1.& ideò vbi citatio est nulla,& inualida processus est nullus,& sententia est nulla, vt per Afflict. decis.124. & vbi
10 vitium est in citatione, nũquam tenet processus Hyppol. de Marsilijs in l. de vnoquoque nu.36. ff. de re Iudic. & citatio nulliter facta perinde est,ac si facta non fuisset, Menoch.cons.230.nu.12. & citatione legitima deficiẽte corruit totum Iudicium, Menoch. cons,790.num.7.tom.8.

11 Secundum nullitatis caput in eo cõsistit, quod excommunicator post suspetionem allegatam surdo aure ille ad dictam excommunicationem processit, qua de re ipsa excommunicationis sententia fuit ipso iure nulla testatur in terminis, Lap.alleg.1.nu.2. quem ducit, & sequitur Card.Tuscus Pract. concl. in verbo Excommunicatio concl.45;
12 nu. 1. Iudex enim potest allegari suspectus ex qualibet leui, & modica causa, Farinac. in fragm.in verbo Iudex num.777.cum seq.
13 imò ne dum Episcopus potest allegari suspectus in causa propria, prout præsupponitur in casu de quo agitur,sed etiam in causa Ecclesiæ propter præsumptam affectionem, testatur de magis cõmuni,Capic.decis.137. nu.6.

nu. 6. quem ducit, & ſequitur Quaranta in Summa Bullar. in verbo Archiepiſc. authoritas verſ.18.nu.19.

Tertium, nullitatis caput in eo conſiſtit, quod ad dictam excommunicationem proceſſum fuit poſt appellationẽ interpoſitam ab vlteriori proceſſu, & ab omnibus actis
14 etiam faciendis, qua de re excommunicatio prædicta redditur ipſo iure nulla, teſtatur in ſpecie Lap. Alleg. 48. num. 3. quem ducit, & ſequitur Tuſcus vbi ſupra.

Quartum, nullitatis caput in eo conſiſtit, quia Iudex, qui dictam excommunicationem fulminauit non eſt Doctor, neque in Iure Canonico, neque in Iure Ciuili, fundatur hæc nullitas ex diligenter traditis per Sbrotium de offic. Vicarij q. 36. lib. 1. tanto
15 magis, quod Vicarius omninò eſſe debet Doctor, & exterus, vt Sacra Congreg. Card.
16 in anno 1619. cenſuit, cuius declarationes vim legis habent, & vt leges ſunt recipiendæ, vtpotè latæ ex commiſſione Papæ, vt apparet ex Bulla Sixti V. quæ eſt in 2. parte ſui Bullar. 7. in ordine. tanto magis ſubſiſtit hæc nullitas, quia dictus excommunicator proceſſit abſque voto, & conſilio Aſſeſſoris,

17 & ſine conſilio nihil eſt faciendum, vt Eccleſ. cap. 32. legitur ibi, fili ſine conſilio nihil facies, & cum Prouerb. 13. legatur, quod diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſilium, idcircò prædicta excommunicationis ſententia fulminata ſine conſilio eſt omninò diſſipanda, ſeu annihilanda.

Quartum verò nullitatis caput fundatur ex eo, quia totum excommunicationis fundamentum fuit ob prætenſa verba iniurioſa per N. ſcripta in tuendis Iuribus fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, quæ verba ſunt tenoris ſequētis, videlicet. Ex quibus omnibus vnuſquiſque prudens facilè percipere poteſt, Epiſcopum, omni iure teneri ſuis ſumptibus fabricam ſuæ Eccleſiæ conficere, alias in peccato mortali exiſteret, & teneretur ad reſtitutionem ſecundùm D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 7. quorum vigore nullo pacto, nulloq. iure ad prædictam excommunicationis ſententiam deueniri poterat.

18 Tum primo, quia ſeculares Eccleſias non iuuantes non diſtant ab hæreſi, cap. ad abolendum in fin. extr. de hæretic. ſcripta enim N. defenſionem Eccleſiæ concernebant.

19 Tum ſecundo, quia verba illa (alias exi-

ſteret

steret in peccato mortali) importans condi-
ctionem, quę nihil ponit in esse, l. si quis fun-
20 dum, ff. de contrahend. emption. tanto ma-
gis, quod D. Hieronymus relatus in c. Vnum
35. dist. scriptum reliquit, quod res contra
21 naturam pœnè est, vt sine peccato aliquis
sit, & Summus Pontifex in cap. Licet 45. dist.
asserit, quod nemo nostrum sine peccato
viuit, & septies in die cadit iustus, quæ licet
de leuioribus, & venialibus culpis intelli-
genda sint, tamen S. Dionys. Carthus. super
22 Ioan. Epist. 1, cap. 1. tenet, quod si quis as-
serat peccato carere, peccatum incurrit su-
perbiæ, atque iactantiæ, imò, & falsitatis,
si asserat scire mortale se vitium non habere.
23 Tum tertio, quia, quod dictum est ob in-
teresse Reipublicæ non dicitur animo iniu-
riandi factum, etiam, quod alium lædat, cum
cesset præsumptio iniuriandi, l. quod reipu-
blicæ, ff. de iniur. Dec. cons. 487. nu. 14. mul-
to minus debet teneri faciens pro honore
Dei, Farinac. cons. 30. nu. 46. prout supponi-
tur in casu de quo agitur.
24 Tum quarto, quia dato, citra veri præiu-
dicium, verba prædicta de per se fuisse iniu-
riosa, non sunt attendenda, cum non princi-

paliter, ſed per accidens, & per quandam conſequentiam contigerunt argument. l. ſi quis nec cauſa, ff. ſi cert. petat. cap. Cum voluntate de ſentent. excommunic. teſtatur in ſpecie. Nauar. de reddit. Eccleſ. q. 1. monit. 3. nu. 2. cum ſeq.

25 Hinc voluit Bañes ad D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 1. quod homicidia, quæ reſultant ex bello inter Principes, & Chriſtianos ſunt licita, licet de per ſe eſſent illicita, huiuſmodi enim homicidia honeſtantur ex bono belli fine, quod inducit tranquillitatem Reipublicæ, cuius gratia tollerantur omnia alia, ſicut in medicina conſtat, quod medicus à principio curat ægrotum potionibus amaris, & rigidis, quæ ipſos infirmos cruciant, & humores perturbant, poſtea tamen humores turbatos expellunt, & ſanitatem reſtituunt, eodem modo bellum à principio habet annexa illa incommoda, vt cædes, perturbationes, homicidia, &c. & poſtea idem bellum inducit pacem, & tranquillitatem Reipublicæ Bañes vbi ſupra in verſ. dubitatur 1. fol. mihi 1896.

Ex quibus clarè infertur, quod dato, citra veri præiudicium, verba illa ſcripta, ſcilicet,

alias

alias Episcopus existeret, seu existit in peccato mortali: de per se fuissent illicita, atque iniuriosa, nihilominus non sunt attendenda, ex eo quia non principaliter, sed per accidens, & per quandam consequentiam pro corroboratione suæ opinionis contigerunt. Facit id, quod scripsit Ludouicus Romanus cons.92. vbi in fine dicit pro confirmatione suæ opinionis, & ista est mera veritas, sicut Deus est: & rursus in cons.241.num.9.similiter dicit, istud verissimum, sicut Deus est, istam capturam esse nullam, & in cons.246. nu.10.dicit, attendite, quia verum est, sicut Euangelium. verum salua pace tanti viri à similibus tamen dictis est abstinēdum, ex eo quia Euangeliū continet verba Dei infallibilia, & allegationes cōtinent verba hominis.

Tantò magis cum mihi omninò compertum sit N.ea verba scripsisse non animo, vt Episcopum impietatis argueret, sed vt eum dumtaxat reuerenter admoneret, vt ministerium suum adimpleret circa fabricam necessariam suę Ecclesię, ne impediatur cultus diuinus, quod licitum erat ex eo, quia
26 Apost.ad Colos.vlt.scripsit subditis, vt suum Prælatum admonerent. ibi dicite Archippo

Episcopo, ministerium tuum adimple, vnde
27 D.Thom.2.2.q.33. art.4. docet, quod subditus ex præcepto tenetur corrigere Prælatum, pro quorum corroboratione.
28 Primo ducor tex.in cap.Si quis super versic.ex ijs 2.q.7. vbi habentur hæc verba. Ex his omnibus colligitur, quod subditi possunt reprehendere, & accusare Prælatos suos, sed sicut de Christo dictum est, quando Iudæis dixit: (si malè locutus sum) ita de istis intelligendum est, quod suo exemplo Prælati dederunt facultatem recipiendi subditos in accusationem, sed non coëgerunt.
29 Secundo ducor tex.in cap.Admonendi 2.q.7.vbi habetur in summa, quod vitia Prælatorum subditi reprehendere studeant, in quo tex. hæc leguntur verba. Admonendi sunt subditi, ne plus quam expedit sint subiecti, ne cum student, plus quam necesse est, hominibus subijci, compellantur vitia eorum venerari.

Non officit, si dicatur N. excessisse modum fraternæ correctionis, cum scriptum sit, quod si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solum tex. est in cap.Si peccauerit 2.q.1.

30 Tum

30 Tum quia tex. in d.cap.Si peccauerit loquitur, quando quis occultum peccatum, & solum sibi notum,& non coram omnibus patet, vt apparet ex illis verbis (quia enim secretum) & ibi (nam si solus nosti) & ibi (vt ab altero nesciatur) & ibi (cũ nemo alius illum nouit) & per totum,secus autem cum peccatum omnibus, vel plerisq.notum propalatur, vt ibidem decidit expressè ille tex. ex illis verbis. ergo corripienda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus,quæ confirmantur per tex.in cap.1. de poenit.& remiss.& ita etiam limitat,& declarat hunc tex. Gundisal. de Hæresi q.16.num.6. est videndus Bañes 2.2. q.33. artic.4. versic.tunc enim,vbi docet, quod regulariter à suis subditis publicè corrigẽdus est, idcircò licuit N. scripto publico notare Episcopum secũdum dicti capituli decisionem, & sit tex.in d.cap. Si peccauerit, non modo, non obstat, sed apertissimè vrget.

Tum etiam, quia in dicto scripto porrecto Episcopo humiliter, & omni reuerentia obsecrabat, vt fabricam suæ Ecclesiæ conficeret, & sic fuit executum id, quod docet Paulus Apostolus 1. ad Thimoteum 5. se-

ſeniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem.

31 Pro quorum corroboratione eſt omninò videndus D. Auguſtinus relatus in cap. 1. 5. q. 7. vbi hæc habentur verba. Nec vos iudicetis eſſe maleuolos, quãdo crimen alterius indicatis, magis quippè innocẽtes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittetis. ſi enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet ſecari, non ne crudeliter à te, quod ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quanto ergo potiùs debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde? hæc Auguſtinus, & quamuis Epiſco-
32 pus ſit pater ſpiritualis, nihilominus fratris loco, & habere, & vocare ſe debet exemplo
33 D. Pauli, melius eſt enim pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione beneficium, cap. Nemo peritorum 11. q. 3. nam
34 proditor eſt veritatis, qui etiam cauſa timoris mortis libere eam non defendit, cap. Nolite 11. q. 2.

Nulliter, & ſine cauſa ſimiliter lata fuit excommunicatio ob verba illa ab N. ſcripta, quæ fuerunt tenoris ſequẽtis, videlicet. Qua

de

de re Andreas de Isernia videns Episcopos non seruantes Sacros Canones exclamando scriptum reliquit, quod hodie pauci Episcopi se saluant, quia sunt in damnatione Inferni, vt voluit Afflict. super constit. Regni in Rubr. de Decimis num. 30. & seq. Fundatur hæc nullitas, quia Doctores prænarrati fuerunt maximæ authoritatis, & Catholicæ Maiestatis Regij Consiliarij, eorumq. volumina Sancta Romana Ecclesia approbauit, cum vsque adhuc non appareant expurgata. Eo vel maximè, quod illorum DD. dicta fundantur in SS. Patribus, è quibus Chrysostomus, vbi supra. Multos Episcopos saluos esse non arbitror: imò verò maximam eorum partem perire, atque damnari, quę verba referuntur per Achillem Statium, Martin. Nauarr. num. 19. in fine sui opusculi de reddit. Ecclesiæ.

Eminentissimus verò Card. Robert. Bellarm. in admonit. ad Episcopum Theanensem suum nepotem in principio sui opusculi talia verba protulit. Quod Saluator noster ait, multos esse vocatos, & paucos electos; & multos esse, qui ingrediũtur viam latam, quæ ducit ad perditionem, paucos autem,

qui

qui viam angustam, quæ ducit ad vitam inueniunt, id in Episcopis locum etiam habere videtur, cum S. Io. Chrysostomus hom. 3. dicat paucos esse ex ordine Episcoporum, qui saluentur, qua de re ex doctrina Concilij Tridentini sess. 6. cap. 1. de reformat. Episcopi officium est Angelicis humeris formidandum.

Vnde non incongruum erit hic enarrare non nulla exempla, vt iacent in Speculo Exemplorum in verbo Prælatura, quæ sunt tenoris sequentis, videlicet.

35 *Erano due Canonici in Parigi molto amici, ch'erano ambidue di buona, e santa vita; e venendo à morte vn di loro, il quale haueua rifiutato vn Vescouato, parendogli all'altro, che hauesse fatto male à rifiutare tal carico per amor di Dio; pregaua molto frequentemente Dio, che gli facesse gratia riuelargli quello, ch'era del suo compagno, & amico: e tanto pregò, che hebbe gratia da Dio, che il suo amico gli apparse, dicendo: ch'era saluo; ma, che se hauesse accettato il Vescouato, sarebbe dannato; imperoche è carico di tanta importanza, che pochi, che l'habbiano si saluano.* libr. Apum. *Il simile anche ad vn sant'huomo nell'heremo, il quale consi-*

gliò

gliò vn suo nipote à non accettare vn Vescouato: e venendo in breue tempo à morte questo suo nipote, pregò molto Dio, che gli facesse gratia di riuelargli quello, che fusse del nepote; & hebbe gratia, che gli apparue, dicendo, ch'era saluo, e che molto lo ringratiaua del buon consiglio, che gli haueua dato; imperoche, se fusse stato Vescouo, sarebbe dannato, per esser carico di tanta importanza. libr. Apum.

36 Propterea aiebat S. Augustinus epist. 148. quæ est ad Valerium: Ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore, facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio, si perfunctoriè, atque adulatoriè res agatur, sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. Item nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici; & tempore, quo discere cœperam, vis mihi facta est meritò peccatorum meorum (nam quid

aliud

aliud existimem nescio) vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere noueram,&c. vide tex. in cap. Ante omnia 40.dist.

37 Pro prædictorũ confirmatione est videndus D.Bernard.in epist.42.ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, quo in loco sic legitur. Si tentatio est vita cuiuscunque hominis super terram, quantis putatis periculis patet vita Pontificis,cui omnium necesse est,ferre tẽtationes? O si hoc homines cogitarent, quam à culmine abhorrerent,quam solicitè se à dignitatibus subducerent, certè nullus ad illas,nisi coactus traheretur,nullus se obtruderet, testatur Aloysius Nouar. in Vmbra Virgin.lib.4.nu.598.fol.252.

38 Rursùs Episcopi audiant Adrianum V. Pontificem, qui dum rogaretur, quod nam supplicium capitali suo hosti imprecaretur, respondit,vt sit Pontifex, testatur Glianes in Summa in verbo Papatum nu.2. vbi subdit, quid est aliud potestas culminis,nisi tempestas mentis? quanto quis altior erigitur,tanto curis grauioribus oneratur, qua de re D. Bernardus inquit, quid est honor, nisi onus? quid est potentatus, nisi cruciatus? quid

quid est sublimitas, nisi naufragosa tempestas? quis potest esse in honore sine dolore? quis in dignitate sine vanitate? nullum est officium periculosius, & quod maiorem vitę perfectionem requirat, quam officium Pontificale, vt scribit idem S. Augustinus, perfectio enim paucorum est, & imperfectorum infinitus est numerus.

39 Et licet Paulus Apostolus videatur ponere Episcopatum inter ea, quæ laudabiliter appeti possunt, cum ad Thimot. 1. cap. 3. scripserit, quod, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, nihilominus S. Gregor. in 1. par. Pastoralis scribit, tempore Apostolorum fuisse laudabile Episcopatum appetere, quoniam idem erat, atque appetere martyrium. Sed communis expositio, quam etiam S. Gregor. in eodem loco sequitur est, quod qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, idest rem perfectissimam, & altissimam desiderat. Quod explicat Apostolus dicens, oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse. ex quo sequitur, vt Episcopatus non sit desiderandus, sed admirandus, quippè, qui Angelicam puritatem, & perfectionem requirat.

40 Qui-

40 Quibus pro coronide adde Card. Bellarmin. in admonit, ad Episcopum Theanensem controu. 1. vbi veterum exempla considerans inuenit plurimos Sanctos viros, omnibus ætatibus Episcopatum, vel recusasse, vel non nisi inuitos, & coactos suscepisse. Qui petierint, vel appetierint, nullos omninò Sanctos viros reperire potuit. De S. Ambrosio scripsit Paulinus in eius Vita, eum Episcopum electum, non solum fugam, sed etiam impudicas mulieres ad se vocasse, vt indignus Episcopatu iudicaretur, & tandem omninò inuitus, & coactus ad Episcopatum euectum fuisse.

Præterea non incongruum erit hic ponere formulam renunciationis S. Cælestini factæ sui Papatus, quam refert Alfons. Ciacc. in Vita Pontificum, & est tenoris sequentis, videlicet.

45 Ego Celestinus Papa V. motus ex legitimis causis, idest causa humilitatis, & melioris vitæ, & conscientiæ illæsæ, debilitate corporis, defectu scientiæ, & malignitate Plebis, & infirmitate personæ, & vt præteritæ consolationis vitæ possim reparare quietē, spontè, ac liberè cedo Papatui, & expresse renun-

cio

cio loco, & dignitati, oneri, & honori dans plenam, & liberam facultatem ex nunc Sacro cœtui Cardinalium eligēdi, & prouidendi, dumtaxat canonicè de vniuersali Ecclesiæ Pastore.

Et, vt ad rem nostram reuertamur ostendamusque nullitatem excommunicationis prædictæ tanquam latæ, propter verba in quendam Theologum prolata. Fundatur
42 hæc nullitas, quia cum verbis verba tollere est naturalis defensio, l. tam nihil naturale, ff. de regul. Iur. l. vt vim, ff. de iust. & iur. Bart. cons. 1. in prætern. num. 11. & D. Thom. 2. 2. q. 72. art. 3. vbi docet, quod quandoq. oportet, vt contumeliam illatam repellamus, & regulariter, conuitiari licitum est, cum esset actus virtutis Eutropeliæ, idcircò licitum est conuitiatorem appellare mendacem, & aliqua mendacia patefacere, Sot. de Iustit. &
43 iur. q. 9. art. 3. lib. . verum verba, quæ possunt interpretari ad bonum, & ad malum, in dubio debent intelligi in bonam partem, latè probat Aym. Crau. cons. 9. num. 20. & cons. 181. num. 18.

44 Præfatus verò Theologus varijs iniurijs in suis scriptis N. appetijt, si quidem scripsit,
licet

licet ille non esset Iurista, quemlibet humi serpentem posse N. Iurium allegationes infringere, & eas esse pueriles existimans, & cum dedignatus fuit cum illo pugnare, quēdam chymericum suum discipulum ad hoc introduxit, cum quo eius armis veritatem in dictis allegationibus contentam destruere intendebat, & quod peius dixit, quod debaccatus fuit, & in multis eum censurat appellando canem mordentem, & quod allucinatus sit, nec non eum dialectica nihil callere asseruit.

Et cum præfatus conuitiator honori N.
45 per verba prænarrata detraxisset, & perditio honoris morti est similis, l. isti quidem, ff. quod. met. caus. idcircò verba prædicta propulsando non animo tamen iniuriādi N. licuit, tanto magis, quod in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt refert Ricc. in Praxi
46 decis. 446. fuit decisum non esse excommunicandum quendam laicum, qui ob prouocationem sibi factam à Clerico, eundem Clericum percussit.

Imò dato, citra veri præiudicium, N. contra dictum Theologum iniuriosè licutum
47 fuisse, nequaquam excommunicādus erat,

cum

cum indubitati Iuris ſit, conficientes libellos famoſos contra aliquem religioſum in excommunicationem non incidere, etiam ſi fortè libellus vergat in dedecus religionis. Bonac. de contract. diſput. 2. q.4. punct. 9. verba enim iniurioſa in ſcriptis prolata non dicitur libellus famoſus, ſed adhuc retinent verbalis iniuriæ naturam. Farinac. conſ. 123. num.6.

48 Inſuper Ioannes Andreas Lucerna Iuris Canonici in cap. Sicut de homicid. dixit aliqua in dedecus Monachorum, & cõtra Clericos ſatis immodeſtè locutus fuit. Anton. de Butreo in 2.2. de treg. & pace, & tamen Doctores iſti ob id non fuerunt excommunicati, ex quibus omnibus vnicuique ſanæ mentis patere debet, prædictam excommunicationem aduersùs N. fulminatam fuiſſe nullam, iniquam, temerariam, & iniuſtam.

Imò, quod magis eſt dato, citra tamen veri præiudicium, N. iniuriaſſe (quod abſit)
49 Epiſcopum. attamen nullo pacto poterat excommunicari, cum agebatur de prætenſa iniuria propria text. eſt expreſſus in cap. Inter quærelas 23. q.4. tanto magis, quod

Q ipſe-

50 ipſemet Chriſtus in cauſa propria iudicare noluit, quando à Iudæis fuit iniuriatus, ſed dixit, eſt, qui quærat, & iudicet, vt legitur apud Ioannem Euangeliſtam cap. 8. nam res valdè iniqua eſt, vt quis in ſua cauſa iudicet, l.1. C.ne quis in ſua cauſa, & licet excommunicatio prædicta ſubſcripta non fuiſſet ab Epiſcopo, habetur, ac ſi ab eo relaxata fuiſſet, Sbrot. de offic. Vicarij in Proemio num. 18.

Præterea his addo, quod dato, non autem conceſſo, in dictis ſcriptis Apologeticis contineri peccatum mortale, nulliter etiam excommunicator prædictus N. excommunicauit, ex eo quia agitur de prætenſo pec-
51 cato præterito, pro quo non poteſt ferri cenſura, niſi propter contumaciam eius, qui eſt excommunicandus. Nauar. conſ. 4. de ſentent. excommunic. Bonacina de cenſuris q.1. punct.3. 5. propoſit. num.29. At ex actis non apparet, N. fuiſſe reputatum contumacem, cum citatio fuiſſet inualida, in quo caſu non poteſt induci in contumaciam, vt ſequentes actus aliquid valeant. Farinac. de Inquiſit. q.51. num.37. & contumacia ſine trina monitione non inducitur, Rota Romana

mana apud Farinac. decis. 11. in criminal. quæ trina monitio in casu, de quo agitur, non præcessit, prout ex actis clarè videre est, ex quibus etiam apparet, N. non fuisse reputatum contumacem,& licet contumacia, ad hoc vt subsistat, accusari debet tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, cap. 1. DD. de Iud. nec non requiritur Iudicis pronunciatio secundum Panormitanum in cap.
53 fin.de Iuram. calumn. & cum in Curijs Ecclesiasticis adsit fiscus, ipse accusare debet contumacias, quia succedit in locum partis, Foller.in Praxi Can.in verbo Non comparentes num.43.cum seq.

54 Tanto magis prædictus excommunicator nulliter dictam excommunicationem fulminauit, quia non pro quolibet peccato, quamuis externo, ferri potest cænsura, sed solum, quando peccatum alia ratione corrigi, vel impediri non potest, vt constat ex Trident. Synodo sess.25.cap.3.de reformat. & ex Concil. Meld. quod refert Suares de cens.disp.4. sect.4. num.4. vltra quod Farinac. decis.327.nu.5. decisum refert in Rota
55 Romana, sententiam excommunicationis non posse infligi,nisi in subsidium.

Ex quibus iuri consentaneum esse existimo, nullam extitisse causam, vt præfatus Vicarius excommunicator N. cæderet, quare de re excommunicationis sententia omninò nulla est declaranda, & relaxantem secundum pœnas contentas in cap. Sacro de sentent. excommun. puniri.

His omnibus plenissimè discussis in Tribunali Illustrissimi Domini Auditoris generalis Cameræ Apostolicæ die 27. mensis Septembris 1642. vtraque parte informante, seruatis seruandis decisum fuit, malè fuisse per dictum Vicarium, seu eius Episcopum, iudicatum, & ad excommunicationem, seu declaratoriam, & cedulonum affixionem deuentum, & propterea dictam excommunicationem cum omnibus inde secutis dictum Tribunal mediante diffinitiua sententia annullauit, & reuocauit, etque N. liberauit, ac Promotori fiscali, & adhærenti perpetuum silentium imposuit, mandatumq. fuit super præmissis N. amplius non molestari.

56 Verum quia bona intẽtio semper adiuuatur à Deo, vt in sacra Scriptura legitur Prouerb. 2. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ in om-

omnibus vijs tuis cogita illum,& ipse diriget gressus suos. & Psal. 31. Delectare in Domino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Domino viam tuam,& spera in eo,& ipse faciet,& deducet, quasi lumẽ iustitiam tuam, & iudicium tuum. tanquam meridiem: propterea sententia prænarrata in N. fauorem deesse non poterat stante bona intentione, quam habuit intuendis Iuribus fabricæ Ecclesiæ, scriptum est enim, si Deus pro nobis, quis contra nos?

57 Aduersùs verò Episcopos excõmunicantes innocentes, aut minimis causis culpabiles adest tex. in cap. Episcopi 11. q. 3. vbi hæc habentur verba. Episcopi, si Sacerdotali moderatione postposita, innocentes, aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam baptismatis festinantes fortassè recipere noluerint, vicinis Episcopis eiusdẽ Prouinciæ, litteris moneantur: & si parere noluerint; communio illis vsque ad tempus Synodi à reliquis Episcopis denegetur: ne fortè propter excommunicationis peccatum excommunicati lõgo tempore, morte præueniantur.

S. Hieronymus relatus in cap. Si quis 11.

q.3. asserit, quod apud Deum malè dicitur, qui moribus dissonam profert sententiam, & temerarium Iudicium plerunque nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur, ei autem, qui temerè iudicat, necesse est ipsa temeritas, vt noceat, sunt verba expressa tex.in cap.Temerarium 11.q.3.

Sāctus verò Augustinus de summo bono relatus in 2.secundum 11. q.3. sic scriptum reliquit secundum Catholicam fidem,& sanam doctrinam, & intelligentibus perspicuam veritatem,Nec naturę Dei nocere potest quisquam, nec natura Dei nocere iniustè cuiquā,vel nocere iniustè patitur quemquam, qui enim nocet (ait Apostolus) recipiet illud, quod nocuit, est videndus tex. in c.Quid 11.q.3. vbi legitur. quid enim obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia,si de libro viuorum non eum debet iniqua conscientia?

Meritò igitur hæc ducere curaui,ne viderer honorem proximi indefensum relinquere,absit tamen ambitio,seu superbiæ vitium
58 Scriptum enim est, quod Deus superbis resistit,humilibus verò dat gratiam.

Laus Deo, Beatissimæq. semper Virgini Deiparæ Mariæ.

IN-

INDEX RERVM, & verborum omnium,

Quæ in Prima Parte continentur Alphabetico ordine digestus.

A

Eccle-


E

Hære-

Locus

Tole-

Finis Indicis Primæ Partis.



INDEX EORVM,

Quæ in Secunda Parte tractata ſunt ordine Alphabetico digeſtus.

R Iacta-

INDEX.

Scri-

Finis Indicis Secundæ Partis.

INDEX RERVM, & sententiarum,

Quæ in Tertia Parte continentur ordine sequitur Alphabetico.

A

Con-

C

D

E

F

Falsi

P

R

S


Tem-

I N D E X.

T

V

Finis Indicis Tertiæ Partis.



IN-

INDEX LOCVPLETISSIMVS eorum,

Quæ in Quarta Parte continentur.

Deus

INDEX.

D

bus

G

H

I


L

N

O

Ocu-

Finis Indicis Quartæ Partis.



IN-

INDEX EORVM,

Quæ in Iurium Allegationibus in materia Excommunicationis continentur.

FINIS.